g° omē donū reducit ad donū· qđ ē ſpūſſan
ctꝰ g° in omibus donis racō donacōis eſt p
ſpm̄ſanctū g° ꝛc̄ ¶ Item omē donū inquantū
donū ex amore datur alioqui nō habet rōeꝫ
doni ſed ſpūſſanctꝰ eſt amor patris et filij·
vt dicit augꝰ· et habitū eſt ſupra g° ꝛc̄ ¶ Cō
tra pſiđ· multis indignis ſpūſancto dantur
dona ſpūſſancti g° ↄtingit alia dona dona=
ri ſine hoc g° nō eſt donū in quo oīa alia do
nant ¶ Item aliqua ſunt dona que appͥant
filio vtputa ſunt illa que dant ad illuſtra=
cōꝫ intellectus g° ſi loquamur a pͥprietate ta
lia dona donant in filio ſiue p filiū nō dono
qđ eſt ſpūſſanctꝰ· ¶ Itē filius datꝰ ē nobis
yſay· ix· puulus natus eſt nobis filius datꝰ
eſt nobis g° ſi datur p ſpm̄ſanctū videt ꝙ
ſpūſſanctꝰ aliqꝫ auctem vel influēciā habeat
in filiū hoc aūt eſt flm̄ g° nō oīa alia dona

donant̄ p ſpm̄ſanctū ¶ Itē hoc oſtendit p impoſſibile. eſto qd̄ intelligat̄ p impoſſibile ſpm̄ſanctū nō eſſe. adhuc pater et fili9 intelligūtur vt liberales. alioquī ineſt eis liberalitas a ſpūſancto. q̄ fl̄m eſt. g° ſi intelligunt̄ liberales. g° et donatores. Itē ſi ſpūſanct9 eſt donum in quo alia donantur ergo donū eſt doni et donacōis donacō. et ſi h° mot9 eſt motus. et relacōnis relacō. et hoc habet phūs p incōueniēti. cū eni dependēs nō poſſit altp determiare. erit ibi pceſſus ī īfinitū. ¶ Ad p°. dd̄. q̄ cū dicit̄. q̄. ſſ. eſt donū in quo omia alia dona donant̄. ablati9 iſte poteſt accipi dupliciē. vel ita qd̄ dicat ōcomitanciā Vel ſic q̄ dicat cauſalitatē. Si dicat ōcomitanciā. ſic intelligēdo vniuerſalit̄ fl̄m eſt. quia eſt ſenſus qd̄ detur cū omibus donis. quedā eni ſunt dona. que ſemp ſunt cū ſpū. ſ. vt caritas et ſapia. quedā que nūquā ſunt cū ſpū. ſ. vt timor ſeruilis. Quedā que aliqn̄ ſunt cum ſpū. ſ. aliqn̄ ſine. vt fides pphia et huōi. Si aūt pticularit̄ intelligat̄ de donis gratūfacientib9. ſic vera eſt. et nō habet inſtanciā. poteſt itp ablati9 ille importare cauſalitatē et h° tripliciter. vel ita qd̄ dicat ſimpliciter cauſalitatē. et in hoc diſtingui̅t nec a patre n° a filio. quia oīa dona ſunt a pr̄e et a filio et ſpūſancto ¶ Vel ita. vt dicat cauſalitatem et ſubauctem. et in hoc diſtingui̅t a pr̄e. ſed nō a filio. quia pater et p filiū et p ſpm̄ſcm̄ donat. vel ita vt dicat cauſalitatē et ſubauctem et exitatem. et ſic pprie ſpūſancto ōuenit. ipſe eni pcedit p modū primi doni. ita q̄ omis donacō recta et gratuita poſt illā ē et ab illa accipit rōnē donacōis. ¶ Cōcedendū eſt g°. q̄. ſſ. eſt donū quo oīa dona. ſ. gratuita donant̄ p cōcomitanciā. et quo oīa dei dona donant̄ p exēplaritat̄ cām. ¶ Ad illd̄ qd̄ obicit̄ primo de pſi°. iam pz. h°. q̄ ipſe loquit̄ de donis grē gratis date nō gratūfacientis ¶ Ad illd̄ qd̄ obicit̄ ſcdo. q̄ quedā dona appriant̄ filio. dd̄. q̄ de donis eſt loqui dupliciē. aut rōne ei9 q̄ ſubeſt. aut ſub rōe donacōnis. rōne vero ei9 qd̄ ſubeſt. aliq̄ dona appriant̄ filio. vt ſapia et intelligēcia. aliqua ſpuiſ. vt caritas. Rōne vero donacōnis. oīa appriant̄ ſpuiſ. rōne iā dicta. quia p ipm tanq̄ p primū donū. donant̄ alia. ¶ Ad illud qd̄ obicit̄ q̄ fili9 eſt datus et nō a ſpūſ. Reſpōderi poteſt. q̄ filius eſt dat9 ſm̄ humanā naturā. et h° fuit p amorē. jo. iij. ſic deus dilexit mūdū vt filiū ſuū. v. diſ. ¶ Ad illud qd̄ obicit̄ q̄. ſſ. circūſcripto. adhuc manet rō doni. dd̄. q̄ circūſcripto ſpūſancto ē intelligere in deo donop cauſalitatē. et ſubauctem. ſed nō exemplaritatē donacōis. ſub rōne donacōnis. quia nō intelligit̄ pceſſus amoris. et h° vltimo mō dicit̄ pprie ōuenire ſpuiſ. ¶ Ad illud qd̄ obicit̄. q̄ tūc eſt donū doni. dd̄. q̄ motus nō eſt motus vt termi. ſimiliter nec relacōis relacō. tm̄ vt principij et motus eſt mot9. quia mot9 eſt principiū motus. et relacō relacōnis. et ſic dicit̄ donū doni. et quia in creando ſtatur in primo. cū ſit primū donū. nō eſt abire in infinitū. Preterea donū in diuis verā yypoſtaſim dicit.

Secūdo querit̄. vtp. ſſ. ſit donū ab etno. vel ex tpe. et q̄ ex tpe videt̄ Aug9. xv. d' tri. eo donū eſt. quo dat̄ quib9 dat̄. ſed dat̄ ex tpe. g° 2c̄. Item. v. de trini. eo donū dicit̄ quo daturus ipm erat deus. ſed cōſtat q̄ datur9 erat ex tpe. g° ſi donū eſt eternū. tpale eſt cauſa eterni. ¶ Itē videt̄ p rōnē. donū eni nō tm̄ dicit ōpacōz ad dantē. ſed etiā ad eū cui datur. g° poſito dono. ponit̄ dans et recipiēs quia relacō ponit extrema. ſz recipiēs ē creatura g° 2c̄. Item donū addit ſupra datū q2 donū eſt dacō irredibilis. g° ſi ſpūſanct9 nō eſt datus niſi ex tempe. nec eſt donū niſi ex tempe. ¶ Itē ſicut filii eſt generari. ita doni eſt donari. ſed nō eſt filius anq̄uā generetur g° nec donū anq̄uā donet̄. ſed donat̄ tm̄ ex tempe g° 2c̄. ¶ Cōtra aug9. v. de trini. quia ſpūs pcedebat vt eſſz donabilis. iam donū erat. ſed pcedere vt donabile. hoc eſt etnū g° et donū ab eterno. ¶ Itē idē expſſius. ſſ. ſempiterne donū eſt. tempaliter vero datur ¶ Itē hoc ipm videt̄ rōne. quia vbi eſt amor gratuit9. ibi eſt grā doni ſz ab eterno eſt in deo ponere amorē gratuitū g° et donū. Itē vbi eſt pfc̄a rō liberalitatis ibi eſt donū. Sz in diuis ab eterno eſt pfecta rō liberalitatis g° 2c̄. ¶ Itē ſicut ſe habet rō verbi ad rerū pductoz. ſic ſe habz rō doni ad grāp diſtribucōz Sz an̄ rerū pductōz in principio fuit verbū g° an̄ grāp collōm in principio fuit donū. R°. dd̄. q̄ cū donū dicat reſpectiuū ad eū cui datur hoc poteſt eſſe tripliciē. vel ſcdm̄ actū vel ſcdm̄ habitudinē vel ſm̄ aptitudinē. Si ſcdm̄ actū h° mō dicit̄ donū quia datur. Si ſcdm̄ habitudinem hoc mō d'r donū quia donandū aliqn̄. Si ſm̄ aptitudinē. hoc mō d'r donū quia donabile ſm̄ primā accepcōz dicit̄ tpaliter. ſed ſm̄ ſcdam et terciā d'r eternaliter. et in hijs trib9 ſenſibus accipit Aug9. ¶ Cōcedendū eſt g°. q̄ ſcdm̄ aliquā acceptoz donū dei d'r eternalit̄. ſicut pbant rōnes inducte ad ſcdam ptem. ¶ Ad illud vero qd̄ obicit̄ in ōtrariū. dd̄. qd̄ pcedit de dono vt dicit actū donatōis et ſic ex tpe d'r vn̄ nō valet obiectō. Ad illd̄ qd̄ ſcdo obicit̄ q̄ eo dicit̄ donū quo daturus 2c̄. dd̄. q̄ ſm̄ iſtam acceptoz dicit̄ eternalit̄. quia nō dicit reſpectū ad creaturā ſcdm̄ actū ſed ſm̄ habitū. quia ſicut et pdeſtinacō. Q7 g° obicit̄ q̄ tūc tempale eſt cauſa eterni. dd̄. q̄ illud pticipiū daturū. duo impt̄at ſcz ordinatōz ad dandū. et actū ordinatōnis et ordinatō eſt eterna licz actus ſit tempalis. et tūc ablati9 nō dicit cauſalitatē rōne actus. ſed rōe ordinatōnis. ¶ Poſſet tm̄ dici qd̄ dicit cām ōn̄cie nō ōſequētis. ¶ Ad illud qd̄ obicit̄ qd̄ dicit relacōem ad extrema. dd̄. q̄ relatō actualis

pōnit vtrūqȝ extremū in actu· nō aūt relatio
habitu ſicut patet· q̄ deus eternaliter dicit̄
exemplar creature tempalis· Ad illud qd̓
obicit̄ q̄ donū addit ſupra datū· dd̓· q̄ do=
nū in quibuſdā cōſequit̄ rōnem dati vtputa
ſunt illa· que de ſe nō dicūt liberalitatē· niſi
put addit̄ eis rō cōicacōis· vt liber· cultel=
lus· et huiōi· In aliquo datū cōſequit̄ rōnē
doni· vtputa in eo q̄ ex ſe imptat liberalita=
tem· etiā ſi nūquā detur donū· vt eſt amor·
et ſic ꝯuenit ſpūſancto· Ad illd̓ qd̓ obicit̄
q̄ ſicut filij eſt generari ꝛc̄· dd̓· q̄ ſlm̄ eſt· qꝛ
generari dicit emanatōꝫ filij· que ſcd̓m rōnē
intelligendi p̄cedit filiū· Vn̄ impoſſibile
eſt qd̓ ſit niſi generet̄· donari aūt nō ſolū di
cit doni emanatōꝫ· ſed ampliꝰ dicit eiꝰ cōica
cōꝫ· et hoc ꝯſequitur eſſe doni· et ideo nō dr̄
donū ex tpe· quāuis donet̄ ex tempe·

Tercio querit̄· vtꝝ ꝯueniēcꝰ dicat̄
de ſpūſancto donū quā datū· et q̄
tam ꝯuenient dicat̄ donū vt datū
videt̄· quia ja· j· omē datū optimū
et omē donū pfectū deſurſum eſt· g° a ſpū
ſancto ſunt data· ſic et dona· g° ſic ad ipm
transferet̄ rō doni· ita et dati· Itē mobilis
et moti eſt eadē rō· g° ſimilit̄ dati et dona=
bilis· g° ſi donū dicit̄ in rōne donabilis· da
tū vero in rōne actualitatis dati· g° eadem
eſt rō doni et dati g° ꝛc̄· Item in quolibet
genere pfectior eſt actus q̄ potencia· g° cū
datū dicat in actu· donū in potēcia· pfectiꝰ
exprimit̄ aliquid cū dicit̄ datū q̄ donū Sed
q̄ maioris eſt pfectōis· magis ꝓprie ꝯuenit
deo g° ꝛc̄· Itē qn̄ aliqua duo dicūt̄ de ali
quo· quoꝝ vnū eſt rō dicendi altꝝ de eodē·
illud ꝯueniēcius dicit̄ qd̓ eſt rō dicendi· ſed
datū et donū dicūt̄ de ſpū· ſ· et vt vult augꝰ
eo donū dicit̄ quia datur g° magis ꝓprie dr̄
datū· Contra datū ꝯuenit ſpūi ſancto ſolū
ex tempe· ſȝ donū eternalit̄· g° magis ꝓpe
dicit̄ donū· Item ſi nūquā actu daretur· do
nū eſſet et ſpūs eſſet· g° videt̄ q̄ magis ꝓpe
ꝯuenit ei donū· Item gloſa ſup illud ja· j·
omē datū opti· ꝛc̄ dicit̄ q̄ datū dicit̄ quo ad
naturalia· donū quo ad gratuita· Si g° gra
tuita apciꝰ ꝓpriant̄· ſ· ſ· qui ſanctificat quā
naturalia g° melius in diuis dicit̄ de ſpū· ſ·
donū q̄ datū· Itē donū eſt dacō irredibi
lis· ſed quicqd̓ deus dat irredibiliter dat·
quia cū det nihil poteſt recipe· g° in diuis
datū rōnē habet doni et induit eiꝰ rōnē· g°
ꝯueniēcꝰ ibi dr̄ donū q̄ datū· Rꝫ°· dd̓· q̄
quāuis in diuis vtrūqȝ dicat̄ et datū et do=
nū· tn̄ ꝯueniēcꝰ dicit̄ donū· et huiꝰ duplici
ter eſt racō· Vna quid̓ eſt quia datū cum ſit
pticipiū vel nomē verbale ꝯcernit tpus· do
nū autē a tpe ſubtrahit· et ideo quia oīa do
na ſupra tpus ſunt ꝯueniēcꝰ dicit̄ in diuis·
donū q̄ datū· Alia rō ē qꝛ donū ſupra rōnē
dati addit condictōeꝫ liberalitatis ſiue irre
dibilitatis que eſt cōdictō magne nobilita=
tis· et ideo maxime cōpetit diuis· et hec eſt

racō· quare donū ꝓpriatur gratuitis donis
nō tm̄ ipi· ſ· ſ· qui eſt pricipiū gratuitoꝝ do
noꝝ· et ex h° ptȝ· Rꝫ°· ad illud de auctē bti
ja· Ad illud qd̓ obicit̄ q̄ mobilis et moti
eadē eſt racō· dd̓· q̄ nō eſt ſimile de mobili
et moto· et dono et donato· quia motū eſſe·
addit ſupra mobile motū· et dicit totum qd̓
dicit mobile· Sed datū nō dicit totū qd̓ di=
cit donū quātū eſt de generali itellectu no=
mis· niſi ꝓprietur· donū eni eſt datō irredi
bilis· et h° melius ptēbit i· iiij· pbleumate·
Ad illud qd̓ obicit̄ q̄ actus eſt pfectō po
tencie· dd̓· q̄ aliquid eſt in potēcia ad actū
dupliciter· Aut ꝓpter impfectōeꝫ agentis·
Aut ꝓpter defectū ſuſcipiētis· ſi ſit potēcia
primo mō· tūc actus eſt pfectō potencie· Si
autē ſcd̓o mō· nō eſt pfectō· Vn̄ ſi dicat̄· q̄
ſol actu lucens poteſt domū illuīare· que nō
eſt apta· et domū aptam illuīat· nulla oīno
maior notatur pfectō· quā ante ſic intelligē
dū eſt de donabilitate et actuali donacōne
Ad illud qd̓ obicit̄ q̄ datū eſt racō donū
quia ideo donū quia datur· dd̓· q̄ nō eſt to
ta rō ſicut dr̄ in lrā· ſed ſolū in cōpacōne ad
eum cui datur· vel poteſt dici quantū a pte
nri intellectꝰ· idō donū dicit̄· quia dat̄ ſȝ tn̄
a pte rei eſt ecōuerſo· quia ideo datur· quia
donum eſt·

Quarto querit̄· vtꝝ donū ꝓprie ꝯue
niat ſpūi· ſ· ſ· et q̄ ſic videt̄ Augꝰ·
v· de tri· ſic in trinitate nō eſt vbū
niſi filius· ita nec donū niſi· ſ· ſ·
Item donū dicit emanacōꝫ p modū liberali=
tatis· hoc autē eſt ꝓpriū ſolius ſpūs· ſ· g° ꝛc̄·
Item donū dei dicit̄ relatiue ad donantē
ſed donans nō tm̄ eſt pater imo etiā filiꝰ· qꝛ
vterqȝ eſt mittēs g° donū dr̄ relatiue ad pa
trem et filiū· et ſi hoc diſtinguit̄ ab vtroqȝ·
g° nec pater nec filius· ſȝ ſolum ſpūſſanctus
dicit̄ ꝓprie donū Contra donū dicit̄ in ha
bitu· ſȝ datum dicit̄ in actu g° datum addit
ſupra donum g° cui ꝯuenit eſſe datum et rō
doni· Sed datum ꝯuenit trinitati· quia to=
ta trinitas dat ſe g° et donū· nō g° ꝓprie ſpi
rituiſancto Itē donum dicit reſpectum ad
dantē et ad eum cui dat̄· ſi g° ē ꝓpriū· ſ· ſ·
Aut ꝓpter reſpectum ad dantē· aut recipiē
tem· nō ꝓpter reſpectum ad recipientē· quia
ſumit̄ filiꝰ datꝰ eſt nobis· et magis etiā da=
tus· q̄ ſpiritus· Si vero ad dantē· Contra
filius dicit̄ pcedere a dāte ſcȝ a patre· g° vi=
detur ſcd̓m eādem rōnē filio ꝯuenire Si dicas
q̄ filius non pcedit p mod̓ donabilis· neqȝ
quomō datus eſt· ſed quomō natꝰ· Cōtra
filꝰ ſic ab eterno pcedit vt tpaliter eſſȝ miſ=
ſibilis· quia eo mittit̄ filius· quo generatur·
ſed miſſio nō eſt aliud q̄ donacō g° filius p
ceſſit vt donabilis Itē ſi datus filiꝰ ex tpe
Aut erat ad h° bilis ab eterno· aut nō· ſi ſic
g° pceſſit vt donabilis· ſi nō g° aliquid ꝯue
nit ex tpe filio q̄ repugnat etne emanatōi·
qd̓ eſt incōueniēs Itē regula eſt qd̓ omne

nomē dicens reſpectū vel effectum ad creaturas eſt ꝯmē tribus· ſed donū eſt huiꝰ gͦ ꝛc· Rͦ· dd· ꝙ ſicut patꝫ ex verbis aug· donū dicit ī diuīs ꝓprie· ſiue pſonalit· nō eſſencialiter· ſicut verbū ꝓprie dicit de filio· Datū autē poteſt accipi et eſſencialiter et pſonaliter· ſiue ꝓprie et cōiter· tota enī trinitas dat ſe· et tn̄ pater et filius· ꝓprie dant ſpm̄ ſanctū· ¶ Propter hoc notandū· ꝙ datū de ſui rōne· idem eſt ꝙ ꝯmuīcatū· poteſt igit hoc qd eſt datū· dici ꝯmuīcatū ex liberalitate· et ſic eſt ꝯmē toti trinitati· vel ex liberalitate et auc̄te· et ſic ꝯuenit· ſ· ſ· et filio· qui habent ſubauc̄tē reſpectu patris ¶ Vel pōt dici datū ex liberalitate et auc̄te· nō tm̄ cōicatū· ſed etiā ꝓductū· et hͦ mō ꝓpriū ē· ſ· ſ· cuiꝯ ꝓpriū eſt ꝓcedere ſcd̄m rōnē liberalitatis· et ita ſm̄ rōnē doni vel donabilis· et hͦ mō donū vel datū equalent· Differūt tn̄· qa datū dicit cōicacōꝫ in actu· ſed donū in habitu· ¶ Et ꝯcedendū eſt ꝙ donū ꝓprie dr̄ in diuinis de ſpū ſancto ¶ Ad illd qd obicit· ꝙ datū addit ſupra donū· dd· ꝙ ſcd̄m ꝯēm acceptōꝫ dati et doni· aliquid dicit donū· vltra ꝙ datū· et datū vltra ꝙ donū· donū vltra ꝙ datū· imꝑtat emanacōꝫ ꝑ modū liberalitat· datū vero vltra ꝙ donū· imꝑtat actū cōicacōnis· qꝛ donū dicit hic nō ideo· qꝛ illd qd addit donū ſupra datū· eſt pſonale ideo donū eſt ꝓprie pſone· ſ· ſ· ¶ Ad illud qd q̄ritur rōne cuiꝯ reſpectꝯ· dicat donū ꝓprie· iā patet· quia rōne reſpectꝯ ad dantē· nō inq̄ rōne reſpectꝯ ſimplicit· ſed rōne talis reſpectꝯ· qꝛ emanat ꝑ modū donabilis· qd ē ꝓpriū ſpūs· ſ· Q⁊ gͦ obicit qd emanat ꝑ mod donabilis filius· dd· ꝙ flm̄ eſt· quāuis enī donabilitas ſiue liberalitas dicetur· filij generatōni· nō tn̄ eſt rō emanādi· quia dicatur eternaliter· ideo dat tempalit· ſed qꝛ nō eſt rō emanandi· iō nō emanauit filius vt donū ſꝫ ſolus ſpūſſanctꝯ· ¶ Ad illud qd vltimo obicitur de reſpectu ad creaturā· dd· ꝙ hoc intelligit de illo nomie· qd imꝑtat ſolū reſpectū ad creaturā· non pſone ad pſonā· Donū autē vtrūqꝫ imꝑtat· iō nō hꝫ hᶜ regula locū·

Quinto queritᷣ· vtꝝ donabilitas ſiue donū· ſit ꝓprietas diſtinctīa pſone ſ· ſ· et ꝙ ſic videt· dicit enī augꝯ· v· d tni· eo ē donū· quo ſpūs· ſꝫ ſpūs eſt ꝓprietas diſtinctīa· gͦ et donū· ¶ Item augꝯ· xv· de trini· aſſignās drn̄am ꝓceſſionis filij· et ſpūſſancti· hāc ponit· ꝙ ille ꝓcedit ꝑ modū dati· ſed iſte ꝑ mod doni· gͦ ſi hᶜ drn̄a attendit penes ꝓprietates diſtinctīas vt patet· qꝛ natiuitas eſt ꝓprietas filij· gͦ et donabilitas ſiue donū ē ꝓprietas· ſ· ſ· ¶ Itē hoc ipm̄ videt rōne· qꝛ oīs ꝓprietas ſcd̄m q̄ pſona differt ab omibꝯ alijs· eſt pſone ꝓpetas diſtinctīa· ſed donū ineſt ſoli pſone· ſ· ſ· et ſemꝑ gͦ eſt ꝓprietas eiꝯ pſonalis· ¶ Item ꝓprietates in diuis ſunt relacōes· ſed augꝯ· dicit in· v· de tni· ꝙ relatō ſcd̄m quā referē ſpūſſanctꝯ ad patrē et filiū· magis apparet in hoc noīe donū· ꝙ in hᶜ noīe ſpūs· gͦ vtraqꝫ eſt pſonalis· ¶ Contra nihil dicens reſpectū ad creaturas eſt ꝓprietas diſtinctīa pſone· quia omī reſpectu ad creaturā circūſcripto tenet diſtinctō pſonalis· ſed donū dicit reſpectū ad eū cui dat gͦ ꝛc· Si dicas· ꝙ nō eſt ꝓprietas ſcd̄m ꝯpacōeꝫ quā habꝫ ad creaturas ſed ad dantem· ꝑ rōne miſſio ſpūs· ſ· erit ꝓprietas diſtinctīa cum non dicat reſpectū ad mittentē· ¶ Itē oīs ꝓpetas diſtīctīa dicit ab actu non ab habitu· vnde pater dr̄ quia generat· filius qꝛ generat· ſpūs vero· ſ· quia ſpirat· Sꝫ donū nō dicit ab actu donādi· ſꝫ ab habitu· alio quī nō diceret ab etno· gͦ ꝛc· Item nullꝯ alterius pſone ꝓprietas diſtinctīa· accipit in relacōne ad creaturā· vel dicit reſpectū· ſꝫ donū dicit hͦ· gͦ nō eſt ꝓpetas diſtinctīa· ¶ Item ſi donū eſt ꝓprietas diſtinctīa· ſ· ſ· et eiꝯ nocō· tūc gͦ ſpūſſanctꝯ et amoꝛ nō eſt ꝓpetas· qꝛ ſi ſpūs et amoꝛ eſt ꝓpetas· gͦ ſunt· vij· notōes· qd eſt ꝯtra ꝯēm opinionē oīm· Si dicas· ꝙ eadē importanē ꝑ hᶜ tria noīa gͦ videnē noīa ſinonīa vt marcus tuliꝯ ꝙ eqꝫ magnū incōueniēs eſt gͦ ꝛc·

Rͦ· dd· ꝙ ad hoc dixerūt aliqui· ꝙ donū dupliciē eſt ī diuis cōſiderare· vnoͦ ꝓut dicit reſpectū ſolū ad donatorē et hͦ mō dicit augꝯ· qd eo dicit donū quo ꝓcedit et ſic dicūt· ꝙ donū eſt ꝓpetas diſtinctiua· ſſ· alioͦ dicit donū ꝓut dicit reſpectū ad eū cui datur· et ſic nō dicit ꝓpetatem diſtinctiuā· ſꝫ cōſequēs ad ꝓpetatem diſtinctiuā Sꝫ illd nō videt poſſe ſtare· nā donū ſemꝑ aliquā ꝯpacōꝫ dicit ad eum cui dat· intellecto enī ꝙ nō ſit donabilis alicui impoſſibile eſt intelligere qd ſit donū· et ꝓpter hoc aliter· dd· ſicut prius tactū eſt· ꝙ donū p̄ter reſpectū quē imꝑtat ad dantē imꝑtat reſpectū ad eū cui datur· Sꝫ hoc poteſt eſſe tripliciter vel ſm̄ actum· vt quia datus· vel ſm̄ habitū· vt qꝛ dandum· vel ſcd̄m aptitudinē vt quia donabilis· et iſte reſpectꝯ ad eo ꝯiunctꝯ ē primo· vt primꝯ ſine hoc nō poſſit eſſe nec intelligi· imo de neceſſitate ſequit ſi ꝓcedit ꝑ modū doni· ꝙ ſit donabilis· et ideo ſequēs reſpectus nō auffert primo quī ſit ꝓpetas diſtinctiua· dd· gͦ· qd eſt ꝓpetas diſtinctīa racōe primi reſpectus· ſcd̄o reſpectu nō repugnante ſed ꝯſonante· Ex hoc patꝫ· reſpōſio ad primū· quia ille reſpectꝯ talis eſt ꝙ non poteſt circumſcribi ſcd̄m aptitudinē ob emanatōeꝫ ꝑ mod liberalitatis· et patꝫ ꝙ nō eſt ſimile· de miſſione quia dicit reſpectum ſm̄ actū· nō ſcd̄m aptitudinē ¶ Ad illd qd obicit ꝙ ꝓpetas diſtinctīa debꝫ dicere actum· dd· ꝙ donū dicit duplicē reſpectū et rōne huiꝯ dicit compatōꝫ ad duplicē actum· rōne primi reſpectus dicit actum ꝓceſſionis· rōne ſcd̄i dicit actum ꝯcatōnis· primū actum imꝑtat in actu· ſcd̄m in habitu· et rōe primi eſt ꝓpetas diſtinctiua nō rōne ſcd̄i· ¶ Ad illud qd

obicit̄ ꝙ in alia ꝑſona hoc nō eſt. ¶ Reſpon-
dēt quidā. ꝙ ſpūſſanctus eſt tercia perſona
ideo nobis ſcd̄m rōnem intelligendi imme-
diacioꝛ. et ideo ꝓprietates eiꝰ fruūtur in cō
pacōe ad nos. nō ſic in alijs. ¶ Aliter poteſt
ſolui ꝑ interemptōeꝫ. quia ſicut donū reſpe-
ctum dicit ad creaturas. ita et hec ꝓprietas
que eſt verbū. vt infra patebit. ¶ Ad illud
qd̄ obicit̄ de pluralitate notionū. dd̄. ꝙ ſpi-
ritus amoꝛ et donū. eandē ꝓprietatē dicūt.
rōne differentē. eandem inquā nocōnem di
cūt. quia dicūt compacōꝫ ad idem. et dicūt
eandem emanacōꝫ. ſed tamē dr̄nter eam no
miant. Nam ſpūs dicit eam principaliter. ꝑ
compatōeꝫ ad vnū ꝓducentem. que eſt vis
ſpiratiua. amoꝛ principaliter. quātū ad mo
dum emanandi. quia vt nexus. Donū vero.
quantū ad reſpectum ꝯſequentē. ¶ Et ſimi-
liter emanatōꝫ verbi. cōtingit tripliciter ſig-
nificare. ſ. ꝑ hoc nomē filius. imago. et ver-
bū. quia a vi nature filiꝰ. quia ꝑ modū expſ-
ſum. imago. quia alijs expſſiuū. ideo verbū
Similiter a vi ſpiratiua. ſpūs. quia ꝑ modū
nexus amoꝛ. quia nos natus ꝯnectere donū
et ſic patet. ꝙ vna eſt notō. aliter et alit̄ no
miata. ſcd̄m rōnes ꝯſequentes. ideo nō eſt
ibi ſinonima.

Sexto et vltimo queritur. vtꝝ rōne
donabilitatis dicatur ſpūs noſter.
et ꝙ ſic videtur. quia noſter dicit
poſſeſſionē. ſed nos non habuimꝰ
aliquid diuinū. niſi per largicōꝫ et donatōꝫ
ergo cū ſpūſſanctꝰ dicat quid diuinū qd̄ di-
cit̄ noſter. hoc eſt rōne donabilitatis. Item
hoc etiā videt̄. quia etiā dicit̄ ſpūs noſter.
nō autē dicit̄ filius vel pater noſter. g° ꝑpt̄
aliquā ꝓprietatē que eſt in ſpūſancto. et nō
in patre et filio. ſed hoc nō eſt niſi donabili-
tas g° ꝛc. ¶ Item aliquā ſpūſſanctꝰ habitet
in nobis. nō dicitur noſter. ſed inhabitat ꝑ
donatōꝫ. g° dicit̄ noſter rōne donabilitatis
Contra ſi rōne donabilitatis. g° cū dona-
bilitas ſit ꝓprietas perſonalis. nō eſſencialis
noſter ſolū dici de ꝑſona ſpūſſancti. hoc au
tē flm̄. quia dicit̄ deꝰ noſter. ¶ Item ſi rōe
donabilitatis. ergo cōſtat ꝙ nō per compa-
tōem ad dantem. ſed ad eum cui datur. ſed
filius datus eſt nobis. etiā magis ꝙ̄ ſanctꝰ
ſpūs ergo ꝛc. Item ſi rōne donabilitatis. g°
debet ꝯuenienter dici donū noſtrū. Item
ſi rōne donabilitatis. cū ergo donabilis ſit
nobis magis inquantū ſanctus. quā inquā-
tū ſpūs. melius debet dici ſpūſſanctꝰ noſter
ꝙ tm̄ dicit̄. Querit̄ ergo generaliter. de qui
bus poſſet dici noſter. ¶ R°. dd̄. ꝙ meū et
noſtrū duplicit̄ poſſunt attribui alicui. vel
mediate compoſitōne vel immediate. Si me
diate compoſitōne. ſic de ſe ponit ꝓpriā ha
bitudinē circa terminū ſcꝫ habitudinem poſ
ſeſſionis. vt cū dicit̄ hoc eſt meū. et hoc mō.
quia omis qui habet ſpm̄ dei. habet deū. et
omia que ſunt dei. hoc mō meū vel noſtrum
et tuū. poteſt dici de omni quod in deo eſt
ꝯmuiter. ſed magis ꝓprie de filio. quia datꝰ
eſt nobis per incarnacōꝫ. maxime aūt de ſpi
ritu ſancto. qui eſt pignus eterne heredita-
tis. Vnde ꝯcedendū. ꝙ rōne donabilitatis
poteſt inter alias perſonas ratō poſſidendi
ꝓpriari ſpūiſancto. poteſt etiam hoc qd̄ eſt
noſtrū attribui alicui immediate. et ſic non
dicit habitudinē. ſed tm̄ rōnem habitudis
importate per terminū cui vnitur. ſic enī nul
li vnitur. niſi qd̄ importat reſpectū explicite
vt pater noſter. vel meꝰ. vel implicite. vt li-
ber meus. i. poſſeſſio mea. ¶ Scd̄m hoc no-
tandū. ꝙ nō dicit̄ meus vel noſter de aliq°
niſi ſcd̄m illud nomē qd̄ dicit̄ hoc eſſe huiꝰ
hoc autē eſſe huiꝰ. poteſt dici ſcd̄m triplicē
habitudinē. aut informatōnis vt albedo pe
tri. et hanc habitudinem important nomia
que ſignificant in abſtractōne. et quia nihil
diuinū compatur ad nos ſcd̄m habitudinē
informatōnis. ideo nō poteſt dici de nomi-
bus abſtractiuis noſter. idō nō dicit̄ deitas
noſtra. nᶜ eternitas. poteſt etiā ſcdō dici h°
eſſe huiꝰ. ſcd̄m habitudineꝫ cauſalitatis. et
hanc habitudinē important nonmīa. que di
cunt actum. vt creatoꝛ. et quia hanc habi-
tudinē oīno habent diuina ad nos. pene d̄
omibus talibus nomībus. dicit̄ noſtrū. pōt
etiā tercio mō. hoc eſſe huiꝰ. ſcd̄m habitudi
nem coꝛrelatōnis. et hanc habitudinē impꝛ-
tant nomīa relatiua. ſed hᶜ ſunt dupliciter.
quia quedā dicūt reſpectū ꝑſone ad ꝑſonā
quedā autē reſpectū ad creaturam. de hijs
que dicūt reſpectū ad ꝑſonam. nō dicit̄ me
us vel noſter. de hijs aūt que ad nos. vt do
miꝰ magiſter. recte dicit̄ noſter. dd̄. ꝙ do-
nabilitas quantū ad illū modū dicendi no-
ſtrū. nihil facit. ſicut ꝓbant rōnes ſcdō in-
ducte. ſed hoc facit reſpectus. quia ſpūs di
cit reſpectū ad illum cui inſpiratur. et hoc ſi
mit nos. ideo dicit ſpiritus noſter. ſimiliter
deus. quia imponit̄ ab actu. qꝫ habet circa
nos. vt dicit damaſ. ideo dicit deus noſter
eſt g° regula. ꝙ de hijs dicit̄ noſter. qui di-
cūt reſpectū ad nos ſcd̄m habitudinē cauſa
litatis vel coꝛrelatōnis. et ſic patent omnia
obiecta.

¶ Dubia lralia.

In iſta parte ſunt dubitacōes circa
lrām. et primo dubitatur de h° qd̄
dicit. ꝙ relatō nō apparet in h° no
mīe ſpūs. Videt̄ enī flm̄. quia ſpi-
ritus dicit̄. quia ſpiratur. ergo refert̄ ad ſpi-
rantem. ergo apparet in eo relatō. ¶ Item vi
detur. ꝙ magis appareat. ꝙ̄ in hoc noīe do-
nū. quia relatiua dicūtur que hoc ipm ꝙ ſūt
alioꝝ ſunt. ſed ſpūs. eo ꝙ ſpūs habet eſſe a
ſpirante. donū vero nō oꝑtet qd̄ habeat eſſe
a donante g° nō videt̄ in hoc tm̄ appere re-
latō. ¶ R°. dicendū ꝙ tam donū ꝙ̄ ſpūs dr̄
relatiue ſed tamē relatō magis apparet ī h°
nomīe donū ꝙ̄ in hoc nomīe ſpūs quia do-
nū ſemp dicit reſpectū ad dantem. ſpūs aūt

h 1

ſi nō· imo poteſt accipi abſolute· ¶ Vel ali
ter dicēdū· ꝙ augꝰ n̄ dicit· ꝙ relatō nō appa
reat in hoc nomie ſpūſſanctꝰ· Sed ꝙ nō ap=
pareat in hoc nomie· ſ· ſ· quāuis enī dicatur
eſſe ſpūs ſpiratoris· nō tamē dicat̄ eſſe ſpūs
ſanctus ſpiratoris· ¶ Ad illud qd̓ obicitur·
ꝙ magis ſpūs dicit habitudinē reſpicientē
eſſe· ꝙ donū· dd̓· ꝙ verū eſt in hijs quibus
accidit donū· ſed in· ſ· ſ· quia ideo eſt· quia
donū nō hab; locū iſta obiectō· ¶ Item que=
ritur de hoc qd̓ dicit̄· ꝙ filius naſcendo ac=
cepit vt ſit ipa ſubſtantia· ¶ Videt̄ enī male
dicere· quia in omī eo qd̓ ineſt filio ꝑ nati=
uitatem· diſtinguit̄ filius a patre· quia na=
tiuitas eſt ꝓprietas diſtinctiua· ergo ſi filiꝰ
naſcendo accepit vt ſit eſſencia vel ſubſtācia
ergo pater in ſubſtancia diſtinguitur a filio
¶ Item ꝙ filius naſcendo accepit· ſiue qd̓
filius eſt naſcendo eſt natū· gͦ ſubſtācia eſt
nata· ſi filius naſcendo eſt ſubſtācia· Ome
enī quod naſcendo accepit· a natiuitate ha
bet ortum· ¶ Rñͦ· dd̓· ꝙ aliqui diſtinxerūt
iſtam locutōnē filius naſcendo eſt diuīa ſub
ſtancia· ſiue deus· quia gerūdium poteſt di
cere ꝯcomitanciā· et ſic ſimpliciter eſt vera·
vel cauſam· et ſic multiplex· quia cum dico fi
lius eſt deus ſiue diuina ſubſtancia· tria di
co· ſcꝫ ſubiectū· compoſitōꝫ· et predicatū· po
teſt ergo hͦ gerūdium naſcendo· dicere cau
ſalitatem reſpectu ſubiecti· vel reſpectu cō=
poſitōnis· vel reſpectu p̄dicati· Si reſpectu
ſubiecti· tūc eſt ſenſus filius naſcendo ꝛc̄· ſ·
qui eſt filius naſcendo· vel qui naſcendo hꝫ
vt ſit filius eſt deꝰ· et ſic eſt vera· Si reſpe
ctu compoſitōis· ſic eſt ſenſus· filius eſt de=
us naſcendo· i· hoc predicatū cōuenit ſubie=
cto per natiuitatē· et ſic adhuc eſt vera locu
tio· Si reſpectu predicati· ſic eſt ſenſus· fili
us eſt deus ſiue ſubſtancia diuina naſcēdo·
ita ꝙ naſci ſiue natiuitas ſit pricipiū ſiue ori
go deitatis· et in hoc ſenſu eſt falſa· Magr
tamē iſtam locutōem nō diſtinguit· ſed ſim
pliciter concedit· et ſatis ꝓbabiliter· qm̄ p̄=
dicta diſtinctō non videt̄ habere radicem·
cum enī gerundiuū natū ſit determiare com
poſicōnem· quia oīno nihil eſt dicere· homo
naſcendo et hucī· et cū compoſitō predicati
ſiue eſſencie· ſiue oīm que attribuūtur filio·
cōueniant ſubiecto ꝑ natiuitatē· ideo habet
veritatem· nec valent obiectōnes in ꝯtrariū
adducte· quia natiuitas nō diſtinguit illud
qd̓ per natiuitatē habetur· ſiue qd̓ eſt in na
ſcente· ſed eum ſolū qui naſcitur· et ideo nō
ſequit̄· ꝙ ſubſtancia ſit diſtincta· nec ꝙ ipa
naſcatur· quāuis per generatōꝫ habeatur·
Item queritur de hoc qd̓ dicit· ꝙ filius nati
uitate non eſt eſſencia· Videt̄ flm̄ dicere· q2
cū naſcendo ſit eſſencia· ꝑirōne videt̄· ꝙ na=
tiuitate· et hoc videtur per auctem hilarij in
lrā· ¶ Rñͦ· dd̓· ꝙ abſqꝫ dubio· iſta eſt diſti
guenda· filiꝰ natiuitate eſt diuina eſſencia·
quia ablatiuꝰ poteſt conſtrui in rōne forme

vel in rōne principij· Si in rōe forme· ſic eſt
falſa· quia natiuitas non eſt cauſa formalis
reſpectu predicati eſſencialis· Si in rōne pri
cipij· ſic habet veritatem· quia omīa que cō
ueniūt filio· ꝯueniunt ei per natiuitatis ori
ginem· Sed magiſter quia accipit gerūdiuū
in rōne principij· ideo cum gerūdiuo ſimpli
citer concedit· et quia accipit ablatiuū in ra
tōne forme· idō cum ablatiuo ſimpliciter ne
gat· magis enī iudicat ſcd̓m vſum loquendi
q̄ ſcd̓m virtutem ſermonis· ¶ Item querit̄·
de hoc qd̓ dicit· nec per defectōem aut ꝓte=
ſionem· aut diriuatōnem· quo dr̄ illa tria
¶ Reſpōſio quidā dicūt ſic· ꝙ per defectōꝫ
ꝓducitur aliquid de materia ꝑ forme p̄exi=
ſtentis corruptōnem· ſicut ex grano frumēti
herba· per ꝓtenſionem ꝑ p̄exiſtentis ꝓdu=
citur forme ꝑmanenciā· et inductōeꝫ forme
artificialis· Sicut vas fit de argento· per di
riuatōnem· qd̓ ꝓducitur per p̄exiſtentis for
me ꝑmanenciā ſola locali mutacōne· vt riuꝰ
ex fonte et lacus ex riuo· ¶ Aliter poteſt di=
ci ꝙ materiale principiū ex quo res eſt· aut ē
materiale et tranſiens formalit̄· et ſic eſt de
fectio· aut eſt materiale et ꝑmanēs· et ſic ē
ꝓtenſio· aut eſt materiale et permanens et
agēs· et ſic eſt diriuatō et horꝫ exempla ſūt
manifeſta· ¶ Itē querit̄ de hoc qd̓ dicit· ali
ud ē qd̓ accepimꝰ vt eſſemꝰ· aliud vt ſancti
eſſemꝰ· Videt̄ enī male dicere· quia ſic ſine
ſpū dei· nō poſſumꝰ ſancti eſſe· ita nec eſſe·
ergo videt̄· ꝙ ſpū· ſ· nō tm̄ accepimꝰ vt eſſe
mus ſancti· ſed etiā vt eſſemꝰ· ¶ Rñͦ· poteſt
ad hoc dici· ꝙ hoc dictum eſt per ꝓpriatōꝫ
quāuis enī a ſpū· ſ· habeamus eſſe· et ſanctū
eſſe· ꝓpriate tn̄ habemus ſanctū· ideo nō ſic
accipi dicit̄ in noſtri eſſe ꝓductione· ſicut in
ſanctificatōne· ¶ Aliter tn̄ poteſt dici· ꝙ ſic
dare ordinatur ad habendū· ita et accipere
et quia nullus habet· ſ· · quantūcunqꝫ· ſ· ſ·
operetur in eo· niſi qui poteſt eo frui· et omis
talis eſt ſanctꝰ· ideo ſpūſſanctꝰ nō dicit̄ ꝓpe
loquēdo dari· nec accipi· niſi a ſanctis· ¶ Itē
querit̄ de hoc qd̓ dicit tollam de ſpū tuo· q2
hoc nō poteſt dici· quantū ad ſubſtanciam
ergo quantū ad effectū ſiue gratiā· gͦ videt̄
ꝙ gratia transferat̄ ab vno in aliū· Si tu di
cas hoc eſſe dictum per ꝯformitatē· Obicit̄·
ꝙ pirōne poſſꝫ dici· qd̓ tolleret de ſpū aliorꝫ
et daret moyſi· ¶ Rñͦ· dd̓· ꝙ illud intelligi
tur de ſpū· quantū ad effectū· et hec p̄poſi
tio de importat ꝯformitatem ſimul et pcia=
litatem· ſed nō quantū ad ꝑtem ꝯſtruentem
vel cōtinencie ſcd̓m veritatē· ſed ſcd̓m ꝓpor=
tōnem· qm̄ effectus· ſ· ſ· multo plus abunda
uit in moyſi q̄ in alijs· vt ꝙ alij quaſi ꝑtem
gracie ſue viderent̄ habere· et dicit̄ tollā q̄
tū ad ſollicitudinē· quia dum dona ſpūs· ſ·
alijs ſunt ꝯmunicata· ſollicitudo moyſi· eſt dimi
nuta· et pars illiꝰ ſollicitudinis eſt alijs con
miſſa ꝛc̄·

¶ Textus·

Nunc poſtq̄ coeternitatē triū ꝑſonarꝫ

ꝛc. Terminatis duabus partibus in quibus magiſter egit d' hijs que ptinent ad eſſencie vnitatem et pſonaꝝ pluralitatẽ ſigillatim. Hic incipit tercia ps. in qua determiat pſonaꝝ equalitatem. que ſimul recipit pluralitatem et vnitatẽ. Et hec pars habet tres ptes. In prima ꝓponit in quibus ꝯſiſtit equalitas. In ſcd'a pbat ſpẽaliter ibi. Nũc ſupereſt oſtendere quõ ꝛc. In tercia. quia impbãdo ꝓpoſitões dubias dixerat in quibꝰ dcõ excluſiua generat ambiguitatẽ. ideo determiat q̃liter dictões excluſiue accipiũt ĩ diuiſ infra di. xxj. Hic oritur queſtio ex predictis trahens originem. Prima ps in qua ꝓponit ea in quibus equalitas ꝯſiſtit. habꝫ duas ptes. In prima pte ꝓponit. qd' cõſiſtit in hijs tribus. eternitate magnitudine et poteſtate In ſcd'a ne crederent hec tria diuerſa. oſtendit q̄ hec ſunt idem in deo. ij. caº. cũqꝫ enumerarent. iſta quaſi diuerſa. Nũc ſupereſt oſtendere. q̄ magnitudĩe. Hec eſt ſcd'a ps. in qua pbat equalitatem. Et diuidit hec pſ in duas ſuꝑpoſito enĩ q̄ in diuinis ſit equalitas. quantũ ad eternitatem. oſtendit primo equalitatem quantũ ad magnitudinẽ. ſecũdo quantũ ad ptãtem. infra diſ. xx. Nunc oſtẽdere reſtat quõ aliqua ꝛc. Prima itꝫ ps habet duas. in prima pbat equalitatẽ magnitudinis per eſſencie vnitatem. ſecũdo probat equalitatem excludendo enĩ inequalitatem ibi. Sed iam nũc ad ꝓpoſitũ redeamus. Prima pars in qua pbat pſonaꝝ equalitatẽ quantũ ad magnitudinẽ. habꝫ duas. in prima pbat per eſſencie in diõm. in ſcd'a p illã eandem. oſtendit eſſe in perſonis circũinceſſionẽ ibi. Et inde eſt. q̄ pater d'r eſſe ĩ filio.

Ad intelligenciã huiꝰ ptis q̄runtur quatuor. Primo querit. vtꝝ in diuinis ſit ponere equalitatem. Secundo dato q̄ ſic. vtꝝ ſit ibi ſũma equalitas. Tercio. vtꝝ in diuinis ſit equalitas cum ꝯuerſione. Quarto vtꝝ ſit ibi equalitas cũ circũceſſione. Circa primũ. qd' ſit ibi equalitas oſtendit primo per illud qd' dicit in ſimbolo. Tote tres perſone coeterne. ſibi ſunt et coequales. ¶ Item hoc ipm oſtendit rõne ſic. Omis multitudo reducit ad vnitatem. g° omis inequalitas ad equalitatem. ſꝫ vnitas a qua eſt omis multitudo. eſt vnitas increata. g° et equalitas ad quã reducit oĩs inequalitas. eſt equalitas increata g° ꝛc. ¶ Itẽ omẽ qd' pfectõis eſt transferendũ ad diuina. ſed equalitas eſt pfectõis in creatura. g° ꝛc. ¶ Itẽ vnũ in ſubſtancia facit ydemptitatẽ. vnũ in quãtitate equalitatẽ. vnũ in qualitate facit ſimilitudinẽ. ſed in diuinis non tm̃ eſt vnitas in ſubſtancia. ſed etiã in quãtitate. alioquĩ nõ eſſet ibi pfecta vnitas. ergo nõ tm̃ eſt ibi ydemptitas ſubſtancie. ſed eq̃litas. ¶ Contra. vbi equalitas ibi diuiſibilitas. quia ſimplex ſimplici nõ equat. ſꝫ in diuinis nõ eſt ponere diuiſibilitatẽ. g° nec equalitatem. ¶ Item vbi equalitas ibi quantitas. quia ꝓpriũ eſt quãtitatis. ſm̃ eã equale vel inequale dici. ſꝫ in diuĩs nõ eſt ponere quãtitatẽ. quia ſcd'm aug. deus magnꝰ ſine quãtitate g° ꝛc. ¶ Item vbi equalitas ibi finitas quia ibi eſt ꝯmenſuratõ. g° menſura et finitas. ſed in diuinis eſt infinitas g° ꝛc ¶ Item vbi equalitas ibi diuerſitas. q̄m nihil eſt ſibi equale. ſed in diuĩs eſt oĩmoda vnitas g° nõ eſt ibi equalitas. ¶ Rñ°. dd'. q̄ equalitas ponitur in diuĩs. ſcd'm qd' dicit in ſimbolo. Et dicit augꝰ. Ad hoc intelligendũ notand' q̄ equale et ĩequale ẽ ꝓpria paſſio ꝯñs quãtitatem. Quãtitas aũt dicit dupliciť. ꝓprie ſcꝫ quantitas molis. et tranſlatiue quãtitas virtutis. et quia illa eſt ꝓpria paſſio quãtitatis. equalitas ꝯſequitur vtrãqꝫ quantitatem g° vbi eſt ponere quantitatẽ virtutis ibi eſt ponere equalitatẽ vel inequalitatẽ. Hec aũt quantitas v̉tutis. ponit in ſpũalibus. et ſũme repitur in diuinis. quia hec quãtitas. nõ repugnat ſimplicitati. ſed ꝯſonat. ſimiliter nec equalitas cõſequens iſtam quantitatẽ. et quia altera ps ꝯtradictõis complecior at tribuenda eſt deo. et equalitas ꝑit inequalitatem. ideo ponenda eſt equalitas in diuĩs et cõcedende ſunt rões ad hoc. ¶ Ad illd' ergo qd' obicitur in ꝯtrariũ. q̄ vbi equalitas ibi diuiſibilitas. dd'. q̄ veꝝ eſt d' equalitate [illegible]equit quantitatẽ molis. ¶ Ad illd' qd' ſcd'o obicit. vbi equalitas ibi quantitas. dd'. q̄ veꝝ eſt. vel ſm̃ genꝰ. vel ſcd'm ſpẽm et quãuis nomẽ quantitatis nõ transferat. tranſfert tamẽ nomẽ ſpẽi. vt magnitudo. ¶ Ad illud qd' obicit vbi equalitas ibi finitas dd'. q̄ equalitas in creaturis duo importat. ſcꝫ ꝯtermiatõem et exceſſus priuatõꝫ. primũ eſt incõpletõnis rõne limitatõis. ſm̃ pfectõnis. id'o tranſfert rõne ſcd'i. nõ primi. Poſſet tamẽ dici. q̄ infinitũ qd' eſt incõprehẽſibile ſcd'm veritatem. ab infinito eſt comphẽſibile. et ideo cõmenſurabile infinito. et eſt ibi finitũ. et ex hoc nõ ſequitur. eſt ꝯmenſurabile infinito. g° finitũ. imo magis infinitũ et eſt ibi quid et ſimpliciter. ¶ Ad illud qd' obicitur. vbi equalitas ibi diuerſitas. dd'. q̄ eſt diuerſitas ſuppoſitoꝝ. et diuerſitas forme. ad equalitatem et ſimilitudinẽ requirit diuerſitas ſuppoſitoꝝ. nõ aũt forme diuerſitas. ſed vnitas. ¶ Q̄ aũt ꝯſequitur in inferioribus. ad diuerſitatẽ ſuppoſitoꝝ. numeratio forme vel quantitatis. h° eſt impfectõis et ideo totũ qd' pfectõnis tranſfert in deũ. nõ tñ eſt in ſuppoſitis ꝓprie loquẽdo diuerſitas. ſed diſtinctio.

Secũdo querit vtꝝ in diuinis ſit ſũma equalitas. et q̄ ſic videt. hoc mõ. ſicut dicit ab aug°. in li°. de fide ad petrũ. nõ dicit aliquis maior alio. niſi aut precedit etate. aut quia excedit magnitudĩe. Aut q̄ ſupat ptãte. ſꝫ nihil hoꝝ eſt in diuinis vt pbat. Augꝰ. et magr. ergo

nibil eſt ibi inequalitatis· g° eſt ibi ſūma eq̄
litas· ¶ Item nō poteſt maioꝛ equalitas ex-
cogitari· quā vbi vnū equatur vni et vnū plu
ribus· et vnū omibus· ſed in diuinis tantus
eſt filius· quantus eſt pater· et tantꝰ filiꝰ·
quantus pater et· ſ· ſ· et tantus etiā filius·
quantꝰ omēs tres· g° ꝛc̄ // Itē vnitas in quā
titate ſicut dictū eſt· facit equalitatē· g° vbi
ſūma vnitas· ibi ſumma equalitas· ſ; hoc eſt
in diuinis g° ꝛc̄· ¶ Item ſtatus nō eſt niſi in
ſūmo· ſed ſtatus eſt in illa equalitate· p re-
ductōe; oim ad ipam g° ꝛc̄ // Contra augꝰ·
in libro· lxxxiij· q· ſi omnia eſſent equalia· nō
eſſent omnia· ergo oimoda equalitas tollit
perfectionem in diuinis· ſi ergo nihil ponē
dum in deo· qd̄ repugnet perfectōni in di-
uinis· igit̄ nō eſt oimoda equalitas· / Item
maioꝛ eſt equalitas que attendit̄ ſcd̄m quā-
titatem continuā et diſcretam· q̄ ſcd̄m conti
nuā tm̄· ſed in diuinis nō eſt equalitas ſm̄
quantitatem diſcretam· quia ibi eſt trinitas
et ita imparilitas· g° in diuinis nō eſt oimo
da equalitas· ¶ Itē maioꝛ eſt equalitas que
attendit̄ ſcd̄m potenciā· et ſapienciā· et bo-
nitatem· q̄ ſcd̄m ſapiam et potenciam tantū
ſed in diuīs nō eſt equalitas ſcd̄m bonitatē
ergo nō eſt ibi ſūma equalitas· pbatō mio-
ris· bonū eſt diffuſiuū ſui· ſed magis diffū
dit ſe filiꝰ· q̄ ſpūs· ſ· quia pducit ſibi equa
lem· et etiā pater· q̄ filius· g° ꝛc̄ //
ergo· quare augꝰ· non oſtendit equalitatem
in ſapiencia et bonitate· et itē quare non ex
pte loci· ſic magnitudis· et etiā aliaꝝ dīnaꝝ
quantitatis· q̄ cū nō faciat· non videt̄ aſſig
nare oimodam equalitatem· Sꝫ ſolū in ptem
aut ſi oimodam oſtendit· inſufficienter pce
dit· ¶ Rn̄° · dd̄· q̄ in diuinis eſt ſūma equa
litas· et ſumma etiā aſſignatur ab aug°· qm̄
ſufficienter oſtenditur remotio ois inequali
tatis· per illa tria que ſunt eternitas· et ma-
gnitudo· et potencia· hoꝝ triū diſtinctio· et
ſufficiencia ab aliquibus accipit̄ ſic· quia ei
in diuinis nō eſt extenſio molis· nc̄ agrega-
tio multitudinis· ideo nō eſt ibi quātitas cō
tinua intrinſeca· nec diſcreta· ſ; loco eius eſt
quantitas virtutis· que tangit̄ p h° membꝝ
qd̄ eſt potencia· quia vero deus ſuo ambitu
complectit̄ oēm duratō;· ideo eſt ibi quātitas
eternitatis· coꝛreſpōdens tpi· quia vero am
bitu ſue immenſitatis· complectit̄ locū oēm
et locatū· ideo eſt ibi quantitas magtudis·
coꝛreſpōdens loco et ſic patet· cū nō ſit aliā
quantitatē accipe ibi· q̄ ſufficienter in illis
oſtendit̄ equalitas et conſiſtit // Sed hec di
ſtinctio nō eſt cōueniens· tū quia nō eſt in
deo niſi quantitas v̓tutis· et ita nō deberet
ibi eſſe niſi vnū membrū· nc̄ deber illa diſti
gui cōtra alias· tū etiā· qꝛ magtudo in diuīs
nō attenditur quantū ad ambitū localitatis
ſed etiā quātū ad intenſionē bonitatis· / Vn̄
dicit̄ in· vj· li°· de trini· q̄ in ſpūalibus idē
eſt maius et melius· et ꝓpter h° quantitas

virtutis· nō tm̄ attenditur in opatione· ſed
etiā vt re cōſiderata in oimoda abſolutōne·
ideo poſſumus aliter hoꝝ triū diſtinctionē
et ſufficienciam aſſignare· in omi eni qd̄ eſt
cōuenit hanc triplicem conſideratō; habere·
Poteſt eni aliquid conſiderari in compatōe
ad ſuam originem ſiue a pte ante· et ſic vnū
maius eſt altero· qn̄ origo eius eſt prioꝛ· et
cōtra hoc eſt equalitas eternitatis· Poteſt
itꝫ ɔſiderare in ſe· et ſic dicit̄ vnū altro ma
ius· quia maioꝛis extenſionis· vel quia maio-
ris valoꝛis· Contra hāc eſt in deo equalitas
magnitudinis· vt hc̄ equalitas· nō tm̄ dicat̄
per compatō; ad localitatē· ſed etiā ad ſapi
enciā et bonitatē· et ad omne qd̄ facit altrū
altro dici maius· quia melius / Vnde augꝰ·
et magiſter in hac diſtinctōne· pbant equa
litatem magnitudis· per equalitatē virtutis
ſiue in virtute· / Poteſt etiā tercio conſidera
ri per compatō; ad effectū· et ſic dicit̄ maiꝰ
quia potencius· et contra hoc eſt equalitas
potencie· qm̄ ergo ratō equalitatis nō cōtin-
git pluribus modis conſiderari· ſi equalitas
eſt in iſtis· ſūma eſt· et cū oſtendit̄ in iſtis·
ſumma oſtenditur et pfecta in ductōe pce
ditur· et ſic patet q̄ vltimo querebat̄· ¶ Ad
illud qd̄ obicitur primo· q̄ equalitas repug
nat pfectōni· dd̄· q̄ veꝝ eſt pfectōi vniuer
ſi· que aggregata eſt ex diuerſitate nō ſic eſt
in deo· // / Ad illd̄ qd̄ obicit̄· q̄ maioꝛ eſt eq̄
litas ſcd̄m vtranq; quātitatē ꝛc̄· dd̄· q̄ ſum-
ma equalitas· nō eſt in quātitate continua·
nec diſcreta· quia ibi vnū nō equatur pluri-
bus· ſed hec eſt pfectiſſima equalitas· ideo
ſolum ſcd̄m quantitatē virtutis attenditur·
¶ Ad illud qd̄ obicit̄ de bonitate· quia dif-
fuſiuū ꝛc̄· dd̄ q̄ emanacō pſone· nō attendi
tur ſcd̄m rōnē bonitatis eſſencie· ſed magis
fecunditatis pſone· vel in pſona· et ideo nō
ſequitur· qd̄ ſi ſpūſſanctꝰ nō pducit· q̄ ꝓp-
ter hoc· habeat minꝰ de bonitate· // / Vnde
notandū· q̄ duplex eſt diffuſio· ſc; intra vel
extra· Diffuſio intra eſt qn̄ pſona pcedit a
pſona vnitate nature et hoc nō eſt ꝓprie dif-
fuſio· et hic nō ɔſequitur bonū· quia bonū·
ſed bonū in ypoſtaſi· que aliam pducere na
ta eſt· et ideo ſcd̄m hanc diffuſionē· nō dꝛ
vna pſona altera melioꝛ· Et alia diffuſio ex
tra· que attenditur in pductōne effectus·
et ſcd̄m hāc rōnem attendit̄ diffuſio ꝓprie·
et ratō boni· et quia ī hac vna pſona alterā
nō excedit· quia indiuiſa ſunt opa trinitatis
ideo hac nō eſt vna melioꝛ alia·

Tercio querit̄ vtꝝ in diuinis ſit eq̄-
litas cū ɔuerſione· et q̄ nō· videt̄
hoc modo· criſoꝰ· ſup illud he· j·
qui cū ſit ſplēdoꝛ ꝛc̄· filiꝰ eſt eq̄lis
patri· nō pater filio ¶ Item plarius· imago ſi
pfecte implet illud cuiꝰ eſt ipa coequat̄ ei·
nō illd̄ ſue imagini / Itē augꝰ· in primo li°·
de doc· xp̄iana· in patre vnitas· in filio equa-
litas· g° videt̄ q̄ pater nō ſit equalis filio·

vt filius patri· ¶ Item dyo⁹· in caſalibus et
creatis· nō recipim⁹ reciprocatōez· ſed pater ē
principiū filij· g° ⁊c· ¶ Cōtra omne relatiuū
equiparancie denomiat extremū ſcd̄m modū
conſimilē· ſed equalitas eſt relatio equipan
cie· ergo ſimilis reciprocacio· ¶ Item vnū in
quantitate facit equalitatem· ſed ſicut filius
eſt vnū cum patre· ita pater vnū cū filio quā
tū ad ſubſtanciā· et quantitatem· g° ſicut fi=
lius eſt equalis patri· ita pater filio· g° eſt
ibi reciprocacio· ¶ Item equalitas mutua et
reciproca· maior eſt quā nō reciproca· g° ſi in
diuinis eſt ſumma equalitas· patet ⁊c· ¶ Itē
omne quātū· compatū quanto· aut eſt mai⁹
aut minus· aut equale· ſed pater eſt quant⁹
virtute· et ſimilit̄ filius· Aut ergo pater eſt
maior virtute filio· aut minor· aut equalis·
Rn̄o· dd̄· q̄ equalitas eſt ibi nō tantū quia
diuia· ſed etiā quia equalitas de ſui rōne di
cit reciprocacōez inquantū equalitas· et ſm
hoc credendū eſt· q̄ pater eſt equalis filio·
et filius patri· ¶ Et ad intelligenciam obie
ctoꝝ notandū· q̄ dupliciter eſt loqui de eq̄
litate· aut ꝓut dicit reſpectum equiparancie·
aut ꝓut vltra reſpectū concernit actū coeq̄=
tōnis· Inquantū dicit reſpectū equiparancie·
ſicut oſtendūt rōnes neceſſe eſt qd̄ ſit ibi re
ciprocacō· ſed inquantū vlteri⁹ cōcernit actū
coequatōis· ſic dicit rōnem imitatōnis· et ſic
nō ↄuenit patri reſpectu filij· quia importat
auctem in patre· Vnde nō dicit̄ pater coeq̄=
ri filio· quia filiū nō imitatur· nec ꝑfecte nᶜ
impfecte· et ſic eſt ſimile· ſi dicatur hoc cum
illo· poteſt enī dupliciter intelligi· aut ꝓut
dicit duoꝝ diunctōz· et ſic de neceſſitate at
tenditur ſcd̄m ↄuerſionē· ſi enī iſte vadit cū
illo· neceſſe eſt etiā· q̄ veꝝ ſit ecōuerſo· alio
modo hoc cum illo dicit aſſociacōnē· et ita
quandā ſubauctem in aſſocietate· et ſic dicit̄
q̄ miles vadit cum rege· nō ecōuerſo· ſimilit̄
intelligendū eſt in equalitate Et ex hijs pa
tent auctes ſanctoꝝ· qui loquūtur de equa=
litate ſcd̄o mō· preter illam dyo· ad quā Re=
ſpōdendū· q̄ nō hʒ locū in ꝓpoſito· q2 dyo⁹·
loquitur ꝓprie de cauſa· ſcd̄m q̄ cauſa dicit̄
illud ad cui⁹ eſſe ſequit̄ aliud· et ita differt
per eſſenciam ab effectu· et hoc mō· non ca=
dit in deo reſpectu perſone·

Quarto querit̄· vtꝝ in diuīs ſit eq̄=
litas· cū circūceſſione· et q̄ ſic oſtē
dit̄· primo aucte dn̄i io· xviij· Ego
in patre· et pater in me eſt· Itē
Aug⁹· de fide ad petrū· ꝓpter vnitatem na
ture· totus pater eſt in filio· et ſpūs· ſ· ¶ Itē
hoc ipm̄ oſtēditur rōne· quia in quocūq3 eſt
ſubſtancia vel eſſencia patris· eſt pater· Sʒ
ſubſtancia patris eſt in filio· g° pater eſt in
filio· eadem rōne eſt filius in patre· ¶ Item
omne cognitū eſt in cognoſcente· vel per ve
ritatem· vel ꝑ ſimilitudinē· Sed pater cog=
noſcit filiū quantū ad ypoſtaſim et ꝓprieta=
tem· g° filius eſt in patre· aut ergo quantū

ad veritatem· aut quantū ad ſimilitudinē ve
ritatis· nō quantū ad ſimilitudinē· quia tūc
eſſet filius in patre· ſicut creatura· g° quan=
tū ad veritatem· eadem rōne pater in filio·
ergo circūceſſio eſt ibi· ¶ Item omne qd̄ eſt
compatū ad alterū· aut eſt in illo· aut extra
illum· Si ergo filius compat̄ ad patrē· aut
eſt in illo· aut extra· Si in eo· eadem rōne· et
pater in eo· ſi extra eum· ſed illa quoꝝ vnū
eſt extra alteꝝ· dr̄nt per ſubſtanciā· g° pater
et filius ſubſtancialit̄ dr̄nt· ¶ Item maior ē
ↄueniēcia in diuinis quā ſit generis ad ſpe=
cies· vel tocius ad ꝑtes· ſed ꝓpter ↄueniēciā
generis ad ſpecies· gen⁹ eſt in ſpeciebus· et
ecōuerſo· g° multoforcius in diuinis· pater
eſt in filio et ecōuerſo· ¶ Contra ſi pater eſt
in filio et ecōuerſo· g° pater eſt in patre· ſic
enī ſequitur in p̄dicando· q̄ quicquid p̄dica
tur· in plus· vel eq3 de aliquo· p̄dicatur de
omī eo qd̄ eſt ſub eo· g° ſimilit̄ ſi aliquid eſt
in aliquo neceſſe eſt q̄ in eodē ſit omne qd̄
eſt in eo· g° ſi filius eſt in patre· omne qd̄ ē
in filio· eſt in patre· ſed pater eſt in filio· g°
pater eſt in patre· Item q̄ncūq3 duo ſimpli
cia eiuſdem generis ſimul ſūt· ita q̄ vnū eſt
in altero· nō diſtinguūtur ab inuicem· ſic pū
ctus eſt in puncto· Si g° pater et filius ſūt
oīno ſimplices· ſi pater eſt in filio· et fili⁹ in
patre· nō videt̄ q̄ diſtinguant̄· ¶ Itē ſi due
eſſencie diuine eſſent· impoſſibile eſſ3 q̄ vna
eſſ3 in alia· quia vna nō poſſit illabi alij· q̄m
vtraq3 eſſet eque ſpūalis· et ſumme ſpūalis·
g° ſi due perſone ſint eque et ſūme ſpūales·
impoſſibile eſt· q̄ vna ſit in altera· et iſtud
videtur· q̄ deus non poſſit eſſe in creatura·
quin ei illabatur· Si ergo perſona eſt in pſo
na· videt̄ oīno ei illabi· ¶ Item quero· quid
ſignificet hoc qd̄ eſt eſſe in patre· vtꝝ dicat̄
ſcd̄m ſubſtanciā· aut ſcd̄m relatōz· Si ſcd̄m
relatōem· hoc eſt ↄtra aug· qui dicit in lrā· q̄
ꝓpter vnitatem nature totus pater eſt in fi=
lio· et ſpūſancto· Si ſcd̄m ſubſtanciā· Sʒ que
ſcd̄m ſubſtanciā dicūtur· ↄueniūt tribus· g°
hoc qd̄ eſſe in patre· cōuenit filio et ſpūſan
cto· et patri· g° pater eſt in patre· q̄ nō con
cedit̄· ¶ Itē cum dicit̄ pater eſt in filio· et fi=
li⁹ in patre· aut importat̄ eadem habitudo·
aut altera· Si eadem· cum filius ſit in patre
vt in principio· tūc ſimilit̄ pater eſſet in filio
vt in principio· qd̄ ſimpliciter eſt abſurdum
Si importat̄ altera habitudo· g° ſicut nō eſt
circumceſſio· cum dicit̄ genus eſt in ſpecie· et
ſpecies eſt in genere· ſimiliter nec in ꝓpoſito
eſſet circumceſſio· Item filius eſt de patre
et apud patrem· et nō cōuertitur· g° pirōne
videt̄· q̄ nō ↄuertatur· q̄ ſi pater eſt in filio·
q̄ filius ſit in patre ¶ Itē nouē modi eſſen=
di ſunt in creaturis· primo mō ſicut ꝑs in to
to· ſcd̄o mō ſicut totū in ꝑtibus· tercio mō ſi=
cut ſpecies in genere· quarto mō ſicut genus
in ſpeciebus· quinto mō ſicut forma in mate
ria· ſexto mō ſicut rectū ſiue motū in regēte·

Septimo mō·ſicut res in ſuo fine· Octauo·
ſicut contentū in continente· et nonū addit
boeciꝰ· quia ſicut accidens in ſubiecto· Que
ritur ergo quo iſtoꝝ ſit pater in filio· et ecō=
uerſo· et cū nullo illoꝝ ſit dare· videt̄ ꝙ nul
lo modo ſit· ¶ Rꝫͦ· dd· quia ſicut auc̄tes ꝓ
bant et rōnes· in diuinis eſt ſūma et ꝑfecta
circūinceſſio· et hec notat̄ circūinceſſio · qua
dicit̄ ꝙ vnus eſt in alio· et ecōuerſo· et hoc
ꝓprie et perfecte in ſolo deo eſt· quia circū=
inceſſio in eſſendo ponit diſtinctōꝫ ſimul et
vnitatem· et qm̄ in ſolo deo eſt vnitas cū di=
ſtinctōe· ita ꝙ diſtinctio eſt incōfuſa· et vi
tas indiſticta· hinc eſt ꝙ in ſolo deo eſt cir
cūinceſſio perfecta· et patet ratō huiꝰ· quia
ratō circūinceſſionis eſt ꝑfecta vnitas eſſen=
cie cum diſtinctōne ꝑſonaꝝ· et qm̄ hoc eſt
ꝓpriū ſolius dei· iō et circūinceſſio talis ſm̄
qd̓ dicit hyl· et magiſter inducit ī lrā ¶ Ad
illud ergo qd̓ obicitur· ꝙ pater in filio· et fi
lius in patre· gͦ pater in ſe· dicūt quidā· ꝙ
argumentū nō valet· quia mutatur habitu=
do eius qd̓ eſt in· quia in vna dicit habitu=
dinē principiati ad principiū· in alia aūt ha
tudinē principij ad principiatū· tn̄ illud nō
oportet dicere· quia ſicut iam patebit· in nō
dicit diuerſam habitudinē· nec tamē ſequit̄
imo eſt accidens ibi· eo qd̓ notat diſtinctōꝫ·
ſic̄ accidens eſt hic· petrus eſt ſimilis pau
lo· et petro pau· gͦ petrꝰ eſt ſimilis petro·
ita et in ꝓpoſito intelligendū· ¶ Ad illd̓ qd̓
obicit̄· ſimplicia ſimul exiſtencia ꝯfundunt̄
in vnū· dd̓· ꝙ illud verū eſt· quādo ſimpli=
cia habent diſtingui penes illud in quo ſūt
ſicut punctus et vnitas· ab eo in quo eſt· Sꝫ
quādo ſeip̄is diſtinguūtur· et in ſeip̄is ſub=
ſtāciatificant̄· tūc quāuis ſint ſimul· nō con
fundūtur· et tales ſunt ypoſtaſes diuie· et
huiꝰ ſimile quāuis ꝑfecte nō poſſit in crea=
tura inueniri· cū dyoꝰ· ponit exemplū in lu
minibus· que multa ſunt in eodem aere incon
fuſa· et huiꝰ ſignū eſt· quia qn̄ luminare au
fertur· ſecū trahit lumen ſuū· nihil de alijs
auellens· et ratō huiꝰ eſt· quia lumīa in ae=
re nō diſtinguūtur penes id in quo ¶ Ad il
lud qd̓ obicitur· qd̓ eſſencia non eſt in eſſen
cia niſi per illapſum ⁊c̄· dd̓· ꝙ nō eſt ſimile·
quia vbi eſt eſſenciaꝝ diuerſitas· ſi vna eſt
in altera· oportet ꝙ vna ſit aliquo mō mate=
rialis alteri ſed quādo ꝑſone differūt ſalua
eſſencie vnitate· vna eſt in alia· quia eſſencia
vniꝰ· eſt eſſencia alterius· et ita ſicut idē nō
illabitur ſibi· ita nullus poteſt eſſe ibi illap
ſus· ¶ Ad illd̓ qd̓ querit̄· quid ſignificet hͦ
qd̓ eſt eſſe in patre· dd̓· ꝙ ſicut ſancti innu=
unt· ſicut equale dicit reſpectum ſcd̓m vni=
tatem quātitatis· et ſimile ſcd̓m vnitatē qua
litatis· ſimiliter hic qd̓ eſt eſſe in patre· ſm̄
vnitatem ſubſtancie· vnde ſicut equale ſimul
importat ſubſtanciā cum relatōne· ſicut pa=
tebit infra· et hͦ qd̓ eſt in· et ſic̄ qd̓ eſt eq̄lis
patri· artatur ad ſtandū ꝓ alijs ꝑſonis· ita

et in ꝓpoſito intelligendum· ¶ Ad illud qd̓
queritur· vtꝝ importetur eadem habitudo·
dd̓· ꝙ ſine preiudicio· ꝙ ſic quantū eſt de
rōne nomīs· ſicut enī cum dicit̄ pater eſt ſi=
milis filio· et ecōuerſo· nō importatur alia et
alia habitudo· ita nec in hoc qd̓ eſt in· quia
importat relatōeꝫ ydemptitatis ſiue cōſub=
ſtācialitatis· Vnde ſi dicat̄ pater eſt ſimilis
filio· et ecōuerſo non dicitur alia habitudo·
ſic in ꝓpoſito· quia ſignificat hoc qd̓ eſt eſſe
in patre· idem qd̓ eſſe patrem conſubſtālem· et
vniformiter accipitur conſubālis· cum dicit̄
de patre et filio· et hoc patet· quia ſi nō di
ceret conſimilē habitudinē· nō eſſet circūin=
ceſſio· ſicut nec eſt· quādo dicit̄ creatura eē
in deo· et deus eſſe in creatura· quia alia im
portatur habitudo in vtraqꝫ· ¶ Ad illd̓ qd̓
queritur de hoc qd̓ eſt ap̄· ⁊c̄· dd̓· ꝙ quedā
ꝓpoſitōnes important habitudinē repugnā
cie· vt ꝯtra· qued̓ diſtancie vt hoc qd̓ eſt ad
et ꝓpter qued̓ cauſe· vt de· et ex· quedā cōue
nie· vt in et cum· prime et ſcd̓e nullo mō re=
cipiūtur· ſed tercie et quarte· ſic et tercie nō
cōuerſim· ſed quarte cōuerſim· quia cōueni
encia eſt relatō equiparancie ¶ Ad vltimū ſol
uendū· ꝙ iſte eſt ſingularis modus eſſendi
in· qui nō ꝯtinetur inter illos· nec poteſt re
periri ꝓprie in creaturis· ¶ Dubitatōes lrāles

In parte iſta ſunt dubitatōnes cir
ca lrām· et primo dubitatur d̓ ſitu
huiꝰ ptis· cum ei vnitas in ſubſtā=
cia faciat ydemptitatē· vnitas in
quantitate equalitatem· vnitas in qualitate
ſimilitudinē· pirōne videt̄· qd̓ deberet det̄
miare de ydemptitate et ſimilitudine· quia
ſi de hijs nō determinat· videt̄ ꝙ nec de eq̄=
litate deberet facere ſpeāle tractatū· ¶ Rꝫͦ
dd̓· ꝙ oſtenſa perfecta equalitate· oſtendit̄
ꝙ oīmoda ſit in natura ydemptitas et ſimi=
litudo· et idō determīata equalitate· nō eſt
oportunū de alijs termīare· ſed magis de eq̄
litate determīat· ꝓpter hereſes extirpādas
arrianoꝝ· maxime qui poſuerūt inequalitatē
ī diuinis· et iō difficilior et vtilior circa hͦ ver
quid ex tpe diceret̄ de deo et ideo mouȝ et
ſoluit. ad dubiū ibi. quomō g° obtinebimus
nihil ſcd̄m actus. In quarta vero ex p̄determinatione
ſoluit quodd̄ dubiū in p̄cedētib⁹
queſitū ibi hic poteſt ſolui queſtio ſupius p
poſita.

Ad intelligentiā eoꝝ que dicunt̄ in
hac diſ. tria querunt̄. Primo vtrū
aliquid dicat̄ de deo ex tpe. ſcdo
dato q̄ ſic. queritur vtꝝ ea q̄ dicun
tur de deo ex tpe dicant̄ p ſe vel p accidens
Tercio vtꝝ dicant̄ ſcd̄m ſubſtantiā an ſcd̄m
relationē. Q̄ aūt aliqua dicant̄ de deo ex tē
pore oſtendit̄ ſic nō ē dominus niſi habeat
ſeruū ſic̄ dicit aug. ſed deus d̄ꝛ dominus et
non habuit ab eterno ſeruū g° ex tpe g° ꝛc̄.
¶ Item actioni reſpōd et paſſio ita q̄ ſunt ſi
mul. ſed deus creat g° aliquid creat̄. ſed n̄
creat̄ aliquid niſi ex tpe g° non creat niſi ex
tpe g° ꝛc̄. ¶ Itē nulli ouenit eſſe hominē niſi
ex tpe eo q̄ eſſe humanū habet p̄ncipiū. ſȝ
deo ouenit eſſe hominē g° ex tpe. ¶ Iteȝ ſic
ſe habet tpale ad tpale. ita eternum ad eter
nū g° mutata ꝓportione. ſic̄ ſe habet eternū
ad tpale ita tpale ad eternū. ſed eternū ſic
ſe habet q̄ dicit̄ de tpali vt cū dicit̄ petrus
ē p̄deſtinatus g° et tpale poterit dici de et̄
no. ¶ Contra omne tpale ē creatū ſed deus
ē increatus. et hoꝝ ē ſumma diſtātia. ſed il-
loꝝ inter que ē ſumma diſtātia vnū non p̄di
cat̄ de altero g° ꝛc̄. ¶ Itē omne tpale ē mu-
tabile et variabile. ſed omne illud de quo p̄
dicat̄ mutabile. Circa ipſum ē mutabile cum
igit̄ deus nō ſit mutabilis et variabilis patȝ
ꝛc̄. ¶ Itē nihil eternū ē ex tpe ſed omne qd̄
p̄dicat̄ de deo ē deus. et ita eternū g° nihil
tale poteſt dici ex tpe. ¶ Item omne qd̄ eſt
aliquid ex tpe incipit eſſe aliquid qd̄ n̄ erat
prius et omne tale ē mutabile g° nihil tale ē
in deo ergo ꝛc̄. Si dicas q̄ n̄ p̄dicat̄ aliquid
de deo ex tpe p̄dicatione p eſſentiā. vel in-
herentiā ſed p cauſam q̄ nō ponit aliquid in
deo ſed in effectu. Contra cū dicit̄ deus eſt
creatoꝛ hoc dicit̄ ex tpe. et nō p cauſam g° ꝛc̄
¶ R̄n° illa nulla ꝓbatio omne qd̄ dicit̄ de a
liquo p cauſam de alio dicit̄ p eſſentiā vel i-
herentiā. ſed creatoꝛ de nullo alio a deo d̄ꝛ.
nec p eſſentiā. nec p inherentiā g° ꝛc̄. ¶ Itē
qd̄ dicit̄ de alio p cauſaȝ poteſt inferri p mo
dū habitudinis cauſalis vt dies ē ſol lucens
ſup terrā ergo dies ē a ſole ergo ſi p cauſam
deus ē creatoꝛ p̄ir̄ne de⁹ a creatura vel ecō
uerſo. ¶ Itē q̄ p̄dicat̄ ſolū p cauſam nō ē id̄
illi de quo p̄dicat̄ ſed cū d̄ꝛ deus creat actio
dei ē deus ergo nō p̄dicat̄ p cauſam. ¶ Iteȝ
cū dicit̄ deus domin⁹. dominus nō dicit ali
quod genus cauſe. et tn̄ dicit̄ de deo ergo p̄

dicta r̄nſio nō ē ſufficiens. ¶ R̄n° dd̄. q̄ ali
quid dici ex tpe ē dupliciter. aut qꝛ ipſum ē
tpale. aut qꝛ dicit reſpectū ad tpale. Primo
mō nihil p̄dicat̄ de deo p eſſentiā vel p inhe
rentiā. ſic ꝓbant quatuoꝛ rōnes ad hoc indu
cte p̄dicat̄ tn̄ p cauſaȝ. vt ſi dicat̄ deus ē ho
mo et hoc nō ponit mutationē vel eſſe tpale
circa deum. ſed circa creaturā. Alio mō dicit̄
aliquid ex tpe eo q̄ de rōne ſui nominis di-
cit ꝯpationē ad aliqd̄ tpale vt dominus et
creatoꝛ ſed tn̄ de ſua p̄ncipali ſignificatiōe
impoꝛtat eſſentiā nā dominus impoꝛtat do
miniū qd̄ ē poteſtas cohercendi ſubditos et
hec diuina eſſentia. ſimiliter creatoꝛ impoꝛ-
tat diuinā actionē q̄ ē diuina eſſentia vtrun
q̄ tn̄ ſignificat in reſpectu ad creaturā et ita
ꝯnotat creatū et tpale. quoniā ergo qd̄ im-
plicat in ſe ꝯtingens et neceſſariū denomia
tur totū ꝯtingens. ſimiliter qd̄ eternū et tē-
poꝛale totū denominat̄ tempoꝛale ꝓpter na
turā totius copulati qd̄ ponit vtrāq̄ ꝑtem.
et falſificat̄ ꝓ vtraq̄ et ꝓ altera hinc ē q̄ ta
lia dicunt̄ ex tpe nō rōne p̄ncipalis ſignifi
cati ſed rōne ꝯnotati in creatura. et p hoc pa
tent quatuoꝛ argumēta ſequētia. Conceden
dū ē q̄ nō omne qd̄ ex tempoꝛe dicit̄ de deo
dicitur per cauſam ſed vel dicitur per cau-
ſam vel p vnionem vel per quandam com-
paratiōnē ad tempoꝛale et ſic patēt omnia.
Ad illud ergo qd̄ obicit̄ q̄ tēpoꝛale ē creatū
et mutabile. dd̄ q̄ loquit̄ de tēpoꝛali p̄mo
mō et hoc n̄ d̄ꝛ de deo niſi per cauſam vel p
vnionē. Ad illud qd̄ obicit̄ q̄ omne qd̄ p̄di
cat̄ de deo ē eternū. dd̄ q̄ hoc ē dupliciter.
qꝛ eternū poteſt teneri adiectiue vel ſubſtā
tiue. ſi adiectiue ſic falſa ē. Aliquid eīn p̄e
dicat̄ de deo cui⁹ duratio nō ē eterna. ſi ſub
ſtantiue vera ē et ſic ē ſenſus. Omne qd̄ p̄di
cat̄ de deo. i. aliquid eternū. nec tn̄ ſequit̄ ē
eternū immo ē ibi fallacia accidentis ſic̄ hic
creatio ē deus et deus ē etern⁹ ergo creatio
ē eterna ita in p̄dicta. Aliquid eīn qd̄ ē eter
nū rōne p̄ncipalis ſignificati. i. qd̄ ē aliqd̄
eternū rōne ꝯnotati dicit̄ tēpoꝛale. Ad il-
lud qd̄ obicit̄ q̄ illud qd̄ ē ex tēpoꝛe incipit
aliquid eſſe. dd̄ q̄ illud nō ē i deo ꝓpter mu
tationē aliquā factā in ipſo ſed in creatura.
et illud determinatū ē ſ̄. diſ. octaua.

Secundo querit̄ vtꝝ que dicunt̄ de
deo ex tēpoꝛe dicant̄ p ſe vel p ac
cidens. et q̄ ſcd̄m accidēs oſtendi
tur hoc mō Aug. v. de trini. et ha
betur in littera q̄ dominus eſſet hominis ex
tēpoꝛe accidit ei. ¶ Itē hoc ipſum videtur
rōne. qꝛ omne qd̄ adeſt et abeſt p̄ter eius ꝯ
quo d̄ꝛ coꝛruptionē p̄dicatur ſcd̄m accidēs.
hec ē p ſe nota ſed omnia hec q̄ tēpoꝛaliter
dicūtur de deo ſūt huiuſmodi ergo ꝛc̄ ¶ Itē
qd̄ p̄dicatur p ſe de aliquo ſemper ineſt illi
ergo ab oppoſitis qd̄ p̄dicatur de aliquo. et
nō ſemp ineſt p̄dicatur n̄ per ſe ergo per ac-
cidēs. ſed talia ſunt huiuſmodi nomina ex

⁊c. Item omne qḋ p̄dicatur de aliquo aut
ē ꝯuertibile cū ſubiecto aut de rōne ſubiecti
aut p̄dicat̄ ꝑ accidēs ſed huiuſmodi nomīa
nec ſunt de rōne dei nec ꝯuertibilia vt patꝫ
de hoc nomine dominus g° ⁊c. Contra aug.
v. de trin. nihil ſcḋm accidēs dicit̄ de deo.

Itē oſtendit̄ rōne qꝛ inquocūqꝫ ē ponere
accidēs ē ponere ꝯpoſitionem et ꝯ ꝯſequēs
varietatē ſed neutrū ē in deo g° ⁊c. Item
omne ꝑ accidēs reducit̄ ad ꝑ ſe. ſꝫ reductio
ē poſterioris ad prius nō ecōuerſo deus aūt
nō habet prius nec ſimpliciter nec ſcḋꝫ quid
g° nihil de deo dicit̄ ſcḋm accidēs. Item
omne qḋ d̓r de duobus de vno ꝑ ſe. de alte
ro ꝑ accidēs ꝑfectiori mō d̓r de eo de quo
dicit̄ ꝑ ſe ſed quicquid dicit̄ de deo d̓r ꝑfe-
ctiſſime g° nihil dicit̄ de deo ſcḋm accidēs
g° huiuſmodi nomīa nō dicunt̄ de deo ꝑ ac
cidens g° ꝑ ſe. Ad p̄ᵐ dō ꝙ dici ſcḋꝫ accidēs
ē tripliciter. vno mō accidēs d̓r ꝑ oppoſitū
ad ſubſtantiam et ſic dicit̄ accidēs ꝓprietas
alij inherēs que nō ē de rei eſſentia et hoc q̄
dam mō nihil d̓r de deo ſcḋm accidēs ſic di
cit Aug⁹ eo ꝙ hoc mō accidens ponit ꝯpoſi
tionem et varietatē in eo de quo dicit̄. Alio
mō dici ſcḋm accidens ē per oppoſitionē ad
ꝑ ſe et ſic dicit̄ ſcḋm accidēs. aut qḋ dicit̄ ꝑ
aliud ī eſſentia vt ſi dicat̄ pies diſgregat aut
ꝑ aliqḋ cui ē q̄ꝛāmmō idē q̄ꝛāmmō diuerſū
vtputa cū vt d̓r de ſuꝑiori ꝑ inferius vt figu
ra habet tres hoc mō n̄ ē aliquid dici de dō
ſcḋm accidēs. hoc em̄ dici ꝑ accidēs ponit in
aliquo poſterioritatē et imꝑfectiōm ſic oſtē
dit rationes ad hoc inducte. deus aūt nihil
habet imꝑfecte nihil habꝫ ab alio qḋ ſit om
nino aliud. nec a ſuꝑiori vel inferiori qꝛ hec
nō cadūt in deo. Tercio mō dici ſcḋm accn̄s
ē ꝑ oppoſitionē ad neceſſariū vt illud dicat̄
accidere qḋ neceſſario nō ineſt et hoc mō hu
iuſmodi dicunt̄ de deo ſcḋm accidēs qꝛ non
dicunt̄ de ipſo neceſſario ſed dicunt̄ de ipſo
ꝑ ſe qꝛ ꝑ ꝯpationem ad creaturā. Compatō
aūt ad creaturā ꝑ ſe ē qꝛ deus ē ſua actio. ſꝫ
tn̄ qꝛ deus agit ꝑ voluntatē que nō ſemꝑ n^c
de neceſſitate ꝯiuncta ē actui ideo nō neceſ
ſaria et quantū ad hoc cadit ibi ratio dō̄i ſe
cundū accidēs. Unde hic modus dicēdi ꝑ
accidēs exponit̄ ꝑ ſe in creaturis rōne eius.
ꝙ ad dici ꝑ ſe ſequit̄ neceſſariū in creaturis.
In deo aūt nō quomā idē ſeipſo facit et volū
tarie facit. et ideo in deo nō habet oppoſitō
nem ad ꝑ ſe. Ꝛñſiones g° oſtēdentes ꝙ n̄
dicunt̄ de deo ſcḋm accidēs ꝓcedūt ſecūdū
primā et ſcḋaꝫ acceptionē. Quod aūt obicit̄
ꝙ eſſe dominū accidit ſic intelligendū ē. i. n̄
neceſſario nec ſemꝑ ꝯuenit. Ad illud qḋ obi
cit̄ ꝙ abſunt p̄ter corruptionē. dō ꝙ iſta dif
finitio ē accidētis ſcḋm qḋ adeſſe ē ꝑ inhe-
rentiā ſed ſic n̄ ꝯuenit deo vt viſum ē ſed ſo
lū creaturis. vnde patet illud. Ad illud qḋ
obicit̄ de ꝑ ſe. Dicendū ꝙ loquit̄ de ꝑ ſe in
creaturis. Ad ꝑ ſe em̄ in creaturis ſequit̄ ne-
ceſſarium ſed n̄ ſic in deo.

Tercio q̄rit̄ vtꝝ ea q̄ ſic dn̄r d̓ dō ex
tꝑe dicant̄ ſcḋm ſbām an ſꝫm rela-
tionē que ſit vera relatio. Et ꝙ ſꝫm
relationē videt̄ hoc mō ſic pater ſe
ipſo generat ita ſeipſo creat. tn̄ q̄muis ſeipſo
generet generatio et paternitas dicit̄ vere ī
ipſo ſꝫm relationeꝫ g° pari rōne q̄muis ſeipſo
creet et dominet̄ tū qꝛ ſunt ad alteꝝ dicunt̄
realiter relatiue. Itē huiuſmodi nomina.
aut pure dicūt diuinā ſubſtantiā. aut ſuꝑad
dunt aliquē reſpectū. ſi pure diuinā ſubſtā
ciaꝫ dicūt ſed ſubſtātia ē eterna et ab eterno
g° dicunt̄ de deo ab eterno qḋ falſum ē er°
ſuꝑaddunt aliquē reſpectū g° relationē. Si
dicas ꝙ nō addūt reſpectū ſꝫm rem. ſed ſꝫm
modū. Contra aut illi mō reſpōdet aliquid
in re aut nihil. ſi aliquid in re g° realiter di-
cunt̄ relatiue ſi nihil ergo falſus ē modus in
telligēdi et incōuenies modus dicēdi. Itē
ſunt quedā relatiua ſꝫm eſſe quedā ſꝫm dici
Sed in relatiuis ſꝫm dici ē mod⁹ reſpectus
In relatiuis ſꝫm eſſe ē veritas reſpectus ſed
ſeruus et dominus ſunt relatiua ſꝫm eſſe er°
vtrūqꝫ importat reſpectū n̄ tantū ſꝫm modū
ſed etiā ſꝫm rem ergo ⁊c. Item dominiū di
ctum de deo ita bene dicit ſuꝑ poſitionē ſic
dictum de creatura illa igit̄ ſuꝑ poſitio. aut
ponit̄ in deo aut in creatura. Non ĭ creatura
ꝯſtat qꝛ tunc idē ſibi ſuꝑ poneret̄ ergo poni
tur in deo ergo ſuperpoſitio eſt vere relatio
ergo ⁊c. Item cū dico deus creat hic notat̄
duplex reſpectus ſcꝫ cauſe ad effectū et ecō
uerſo. Aut ergo vterqꝫ ē ī creatura. aut vter
qꝫ in deo. aut vnus in deo. alter in creatura.
Conſtat ꝙ impoſſibile ē vtrūqꝫ eſſe in deo qꝛ
deus nō ē effectus et ſimpliciter in creatura
qꝛ creatura n̄ ē ſui cauſa ergo neceſſe ē ꝙ alit̄
in deo ergo ⁊c. Item cū dico deus creat de
us veriſſime ē cauſa et ſi vera ratio cauſe po-
nit verā relationē huiuſmodi nomina dicta
de deo ponūt verā relationē. Contra dio⁹.
in cauſalibus et cauſis nō recipimus reciꝓca
tionē ergo cū deus ſit cauſa ꝑfectiſſima crea
ture nō refert̄ ad creaturā. q̄muis ecōuerſo.
creatura referat̄ ad ipſum. Itē phūs dicit
ꝙ ſciētia ſꝫm rem refert̄ ad ſcibile ſed nō cō
uertitur ergo ſi minor ē depēdentia dei ad
creaturā quā ſcibilis ad ſciētiam ergo nulla ī
eo ē relatio. Item rōne videt̄ qꝛ huiuſmo-
di nomina ſi dicūt relationē circa deū. aut il
la ē pure diuina eſſentia. aut aliquid ſuꝑad
ditum. ſi pure dei eſſentia ergo eternū quid
ergo reſpectus huiuſmodi nominū ē etern⁹
ergo de neceſſitate dicunt̄ ab eterno. Si au
tē dicūt aliquid ſuꝑadditū ergo in deo eſt
aliqua ꝯpoſitio. Item omnis relatio dicit
aliquā dependentia vel ſaltē ordinē et habi
tudinē. ad illud reſpectu cuius dicit̄ ſed de
us nō ordinat̄ nec terminat̄ er° nihil de deo
dicit̄ relatiue reſpectu creature. Ad p̄ᵐ ad h°
intelligendū ē ꝙ dici ſꝫm relationē dupliciẗ

eſt· aut ſ͛m rē aut ſ͛m modū· Realiť aūt re-
latio triplex ē· aliquādo em̄ fundať ſup ꝓ-
prietatem accidētalē ut ſimilitudo in dupli
ci albedine· Aliquādo ſup dependentiā eſſen
cialē ſic̄ reſpectus vel relatio materie ad for
mam· Nam ſic̄ dicit phūs materia hoc ipſum
qđ ē ad alteꝝ ē· Aliquādo ſup originē natu
ralem ſic̄ effectus ad cauſaꝫ et filij ad patrē·
prima relatio nō poteſt eſſe in deo q꞉ in deo
nulla ē ꝓprietas accidētalis· ſcđa nō poteſt eſ
ſe in eo· q꞉ nulla in deo ē dependentia· tercia
ē in deo ſed nō reſpectu creature ſ꞉ reſpectu
pſone hec em̄ nō dicit ꝯparationem nec depē-
dentie inclinationē ſic̄ prima et ſcđa ſed po-
nit diſtinctionē et ordinem et quoniā vere
vna pſona ordinať ad aliā et habitudinē hꝫ
Et alio mō ſcđm rem ſe habꝫ ad vnā quā ad
aliā· ideo hec relatio ē in pſona reſpectu p-
ſone nō reſpectu creature· Naꝫ deus ad crea
turā nō habet ordinē nec habet aliā et aliā
habitudinē et iō nullo mō ē realiť i deo rela
tio reſpectu creature· Creatura aūt ad deū·
habet ordinē et habitudinē mediāte ꝓprie-
tate accidētali et dependentia eſſentiali· et
origine naturali· Ideo ſcđm omnē modū re-
ferť creatura ad deū· quoniā igiť intellect⁹
noſter cū intelligit aliquid referri ad aliqđ
Intelligit etiā ꝯpari illud ad illud ideo in-
telligit deum p modum reſpectus et relatō
nis cui reſpectui in deo nihil reſpondet niſi
diuina eſſentia ex pte creature rn̄det et idō
nō ē vanus· Concedendū ergo q̄ huiuſmōi
nomina dicta de deo nō importāt relationē
in deo ſ͛m rem ſed ſolū ſ͛m modū intelligen
di· Ex hijs patēt queſita· Quod em̄ obiciť đ
patre dicendū q̄ nō ē ſimile q꞉ patris ad fi
liū ē ordo et habitudo et alia habitudo ad
filiū quā ad ſ· ſ· Deus aūt ſic̄ dicit phūs nō
habet ordinē nec aliquā habitudinē· nā pri-
ma cauſa eodē mō ſe habet ad omnia q̄uis
alio et alio mō ſe habeāt ad ipſam · vt in xj·
prime phie dicit q̄ primū et ſummū bonum
n̄ ordinať ad hec creata· Ad illud qđ obiciť
ſi nō dicūt relationē g° pure ſubſtantiā · dđ
q̄ pure circa deum dicit ſubſtantiam ſcđm
rem ſed relationē ſcđm modū intelligēdi· In
creatura vero ſcđm eſſe et q̄ obicit q꞉ vanus
ē intellectus· dicēdū q̄ falſum eſt q꞉ intelle
ctus fundať ſup aliquid ſcꝫ ſup relationem
creature cui rn̄det relatio ſcđm dici in deo·
Ad illud qđ obiciť q̄ quedā ſunt relatiua ſe
cundū eſſe ꝛc· dicendū q̄ quedā ſunt relati-
ua ſcđm eſſe ex pte vtriuſqꝫ extremi vt domi
nus et ſeruus in creatura· quedā ex pte alte
rius vt ſcibile et ſciētia et mēſuratio et mēſu-
ra ſic in ꝓpoſito· Ad illud qđ obiciť q̄ domi
nus dicit ſuppoſitionem et ſimiliter creatio
cauſalitatē· dicendū q̄ ſuppoſitio in deo eſt
vere ſuppoſitio et vere cauſalitas· q꞉ vere a-
lij ſuppōniť deus et vere efficit· Tamē illa
ſuppoſitio nō ē vere relatio ſimiliter nec cau
ſalitas· ſed ē vere diuina eſſentia q꞉ ſeipſa ſu

ppōniť et efficit· Ad illud qđ obiciť q̄ ē ibi
reſpectus cauſe et effectus dicēdū q̄ reſpe-
ctus effectus ibi ē vere reſpectus et vere re
latio· ſed reſpectus cauſe nō ē reſpectus nec
relatio in deo ſcđm rem ſed ſcđm modū intel
ligendi ſcđm rē vero ſubſtātia vel eſſentia·

IN pte iſta ſunt dubitationes circa
litterā et primo de hijs nominib⁹
Creator domin⁹ et huiuſmodi que
dicit magiſter dici de deo ex tpe·
Videť em̄ falſum q꞉ dominiū vt dicit boeti⁹
ē poteſtas cohercēdi ſubditos ſed hec eſt in
deo ab eterno g° ꝛc· ¶ Itē dominus vt dicit
amb° · ē nomē nature g° ſi natura ē eterna
g° dominiū ¶ Itē de hoc nomine creator obi
ciť q꞉ nō diciť lector q꞉ actu legit· ſed q꞉ abi
lis ē ad legendū· ſed deus abilis ē ad crean
duꝫ g° ꝛc· Iuxta hoc queriť de hoꝝ nominū
ſignificatione et ꝯnotatione et vnde habēt
rationē ꝯnotandi cū diuina eſſentia ſit prin
cipale ſignificatū ¶ R° dicendū q̄ q̄uis di
uina eſſentia n̄ habeat vere reſpectū ad crea
turā tn̄ ꝯtingit eaꝫ intelligere et ſignificare
p modū reſpectus nec tn̄ intellectus ē van⁹
ꝓpter hoc q̄ totā rationem reſpectus realis
ponit in creatura quoniā igiť huiuſmodi no-
mina dicūt reſpectū a quo imponiť q̄uis im
ponanť eſſentie· ideo dicunť ſcđꝫ exigentiā
illius reſpectus ideo intelligendū· q̄ quedā
dicūt reſpectū ſolū vt dominus quedā effe
ctum vt creator et iuſtus et vtraqꝫ ſunt ſub
duplici differētia q꞉ aut importāt reſpectū
ad rē p̄ſentē aut rē futurā ſiue ad rē in actu
vel habitu· primo mō q꞉ ponūt creaturā in a
ctu dicunť ſolū cū creatura incipit · ſcđo mō
ab eterno· ſcđm hoc g° ſi domin⁹ et creator
importāt reſpectū in actu ab eterno nō poſ-
ſunt dici· Si aūt i habitu poſſunt tn̄ vſus cō
munis accipit huiuſmodi nomina vt ꝯnotāt
in actu et ideo dicit Aug⁹· ea dici cum tpe·
Quod ergo dicit boetius intelligendū q̄ eſt
poteſtas cohercēdi ſubditos habitos ſed nō
habendos· Quod dicit amb⁹ patet q̄ n̄ co-
git q꞉ q̄uis imponať nature tn̄ imponiť a ꝓ
prietate nature vt dicit reſpectū ad creatu-
ras et ideo ꝯnotat quid creatū et ſic patent
omnia q꞉ ratio ꝯnotandi ē modus ſignificā-
di ¶ Itē queriť de hoc qđ dicit q̄ tempus
nō cepit ex tpe· videť em̄ falſum q꞉ omne qđ
incipit ē tpale· et omne tpale mēſurať tpe·
et omne tale cepit in tpe ꝛc· Si tu des inſtā-
ciaꝫ imppetuis obiciť q̄ nihil ē magis varia
bile quā tempus ſed omne tale ē tpale g° ꝛc
¶ Item ſi tempus nō incepit in tpe g° cepit
extra tēpus g° fuit tēpus extra omne tēpus
¶ R° dđ q̄ quantū ad p̄ſens ptinet q꞉ de
initio tpis debet dici in ſcđo differt incipe
ex tpe· et in tpe· et cū tpe· q꞉ ex dicit ordi-
nem et ita p̄ſuꝓponit tēpus tanq̄ anterius·
et ideo nihil cepit ex tpe niſi qđ ſequiť tēp⁹
In tpe dicit tpis exiſtētiā ſed tēpus n̄ fuit
in ſui initio cū ſit ſucceſſiuū ideoqꝫ ſūt eq̄lis

durationis cū tpe nō ceperunt nec ex tpe nec in tpe ſed cū tpe·i·cū tēpus cepit· Si queras quomō tēpus cepit breuiter dd̓ ꝙ nullo p̄dictoꝝ modoꝝ ſed cepit in ſui principio·et ideo nō cepit extra tēpus· Ad illud qd̓ obicit ꝙ ex tpe menſurat tpale· dd̓ ꝙ tpale qd̓ extollit a tpe menſurat et incipit a tpe·ſed illud n̄ extollit qd̓ incipit cū tpe· Et ratio p̄dicta ē· ¶ Itē querit de hoc qd̓ dicit ꝙ nummus mutatus nō ē cū cepit eſſe p̄ciū· Videtur em̄ falſum qꝛ eſſe p̄ciū ē accidēs nummi et mō ineſt et prius n̄ in erat g° nummꝰ mutatus ē· R° dd̓ ꝙ relatio nō p̄dicat quid abſolutū ſꝫ p̄dicat ordinē ad alteꝝ ordo ꝙ reſpicit diſpoſitōm ordinatoꝝ· quedā igit ſūt ordinabilia ita ꝙ vtrūqꝫ ē in potentia et tūc relatio introducit ꝑ mutationē factā in vtraqꝫ· quedā ſūt ordinabilia ita ꝙ alteꝝ quantū ē de ſe in actu ē· ſed alteꝝ in potētia· ſic patꝫ de duobus· quoꝝ vnus qui ē actu albꝰ actu habet ꝓprietatē ſcdm quā attēdit ſimilitudo et ideo altero de nō albo facto albo fit ꝑfecta ſimilitudo· Non g° oportet ꝙ relatio ſemꝑ inducat mutationem in vtroqꝫ extremoꝝ ꝓpter ſui corruptionē vel deceptionē ſed ſufficit ꝙ in altero· Et ratio viſa ē· qꝛ reſpicit duplex extremū· Et qꝛ vnū poteſt eſſe de ſe in actu altero exiſtēte in potētia ſic in nūmo q̄ ē in poteſtate poſſidētis qd̓ fit pignus vel p̄cium vel arra ſcdꝫ mutationē factā in ipſo· Nec aduenit nūmo aliquid abſolutū ſed ordo qui ex pte nūmi erat ī actu· ex pte illius qd̓ erat ī potētia fit ī actu et ideo mutat illud nō mutato nūmo· ¶ Itē querit de hoc qd̓ dicit ꝙ accidēs ē in creatura cū relatio ē creature ad creatorē· videt em̄ falſum· qꝛ ꝯtingit rem intelligi accidēte remoto· g° ſi relatio ad creatorē accidit creature g° illo remoto ꝯtingit rem creatā eſſe intelligi circūſcripto reſpectu ad creatorē· ¶ Itē ſi relatio qua creatura refert ad creatorem ē accidēs· Cum illud ſit creatū refert et ita ꝑ accidēs· et ſic de alio et ita ē abire in infinitū· R° dd̓ ꝙ creatura quantū ē ad eſſe primū eſſentialiter depēdet et talis relatio q̄ exprimit illaꝫ depēdentiā nō ē creature accidētalis ſꝫ magis eſſentialis quantū aūt ad eſſe ſcdm ſiue ad bene eſſe n̄ depēdet eſſentialiter qꝛ illud bene eſſe accn̄tale ē· ideo talis relatio ſcdm accidēs dicit vt filiatio ſcdm ꝙ dicit adoptionē· et de tali intelligit Aug· Ad illud qd̓ obicit ꝙ relatio relatione alia refert· aliqui volunt dicere ꝙ creatura ſeipſa refert· tn̄ illud n̄ videt eſſe dd̓· qꝛ nulla creatura ē ſua relatio cū nō ſit ſumme ſimplex immo hoc ipſum qd̓ refert aufert ſimplicitatem· ideo dd̓ ꝙ ſic relatiua referunt ꝓprie qui dicūt rē ſubſtratā cū reſpectu· ipſe aūt relatiōes ſiue reſpectus n̄ referunt immo magis alia referūt qꝛ nō ſunt entia ſed entiū· ſic in ꝓpoſito dd̓· ꝙ ipſe relationes ꝑ ſe nō referunt· ſed cum ſubſtātijs ita ꝙ vnū cū alio et ꝑ aliud ideo nō ē vltra q̄rere aliud quo referunt· Itē querit de hoc qd̓ dicit nec tn̄ dicimus ſ·ſ· referri ad ſe· videt em̄ poſſe referri· qꝛ ſ·ſ· eſt donū et donū refert ad donantē· et ipſe eſt donās g° neceſſario ꝯcludit qd̓ refert ad ſe· R° dd̓ ꝙ hoc nomē ſpiritus dicit relationē ſcdm eſſe· et ideo qꝛ relatione ſcdꝫ eſſe nihil refert ad ſeipſum ſcdm idē nullo mō ſ·ſ· in quantū ſpūs ad ſe refert ſed donū nō tantū importat relationē ſcdm eſſe vtputa cū dicit auctoritatē in dante· ſed etiā ſcdm modū dicēdi· vt quādo largitatē et poteſtatē in donātē· et qꝛ taliter poteſt ſcdm modū intelligēdi ꝯpari ad ſe vt datū inquātū datū dicit ad ſe· inquantū dans n̄ ideo ꝯcedit ꝙ appellatio dati vel donati ſequit ad ſ·ſ· n̄ aūt ſpirituſſanctus·

Preterea ꝯſiderari oportet cū tres pſone coequales ſibi ſint ꝛc· In p̄cedenti ꝓxima pticula egit magiſter de relatiuis q̄ dicunt de deo ꝓprie et tpaliter· In hac pte agit de hijs q̄ dicunt de deo ꝯmuniter et eternaliter et quoniā hec ſunt ꝯpꝓabilia· ideo hec ps habet duas ptes· In pria d̓terminat eoꝝ ſignificatōm· In ſcd̓a eoꝝ ꝯpꝓationem ibi· nō ē p̄termittendū huius ꝛc· prima ps habꝫ duas· In prima determinat ſignificationē huius nominis equalis· In ſcd̓a huius nomīs ſimilis et hoc facit ſcd̓o ca· hoc etiā dicimus de ſimili et ſimilitudine·

Ad intelligentiā huius ptis ē queſtio de hijs nominibus ſimilis et equalis et circa hoc tria querunt· primo querit vtꝝ hec noīa dicant ſcdm poſitionē· an ſcdꝫ priuationē· Scd̓o querit· vtꝝ dicāt mutuā relationē in patre et filio· Et ꝙ dicant ſcdm priuationē videt ꝑ auctoritatē magiſtri in littera· quibuſdā videt nomine equalitatis et ſimilitudinis nō aliquid poni· ſed remoueri· vt dicat filius equalis patri· quia nec maior nec minor ē eo· ¶ Itē hoc poteſt ꝓbari ſic Euclides diffinit equale ſic· Equale ē qd̓ alteri ſuppoſitū nō excedit nec excedit g° cū hec diffinitio ſit data ſcdꝫ priuationē patꝫ ꝛc· ¶ Itē equale et ſimile n̄ tantū dicūt vnitatē ſed etiā diuerſitatē· ſed nō ē ponere diuerſitatē in diuinis g° huiuſmodi nomīa nō dicunt ſcdm poſitionē ſed ſcdm priuationem· ¶ Itē equale ſcdm ꝙ dicit poſitionē· dicit ꝯmenſurationē· ſed in diuinis nō ē ꝯmenſuratio nec exceſſus g° dicunt ꝑ priuationeꝫ exceſſus· Non ꝑ poſitionē· Contra ſimilitudo et equalitas in hijs inferioribus dicunt poſitiue ſed hic ꝯpletius ſunt ī deo qꝛ vt dicit Augꝰ· In filio primo repit ratio ſimilitudinis et equalitatis g° multofortius in deo dicūt poſitionē· ¶ Itē omnis negatio q̄ nō ē pura negatio fundat ſupra poſitionē· g° cū hoc qd̓ dico equale importet remotionē exceſſus et nō importat purā negationē qꝛ tūc chimera eſſet equalis deo oportꝫ ꝙ importꝫ poſitionē· ¶ Itēꝫ hec ē falſa pater et filius

ſunt inequales· g° hoc qđ ē inequale aliquid
priuat qđ ē in deo ſed hoc nō ē niſi importat
ꝑ equalitatē g° equalitas aliquid ponit · qꝛ
ſi eius oppoſitū priuat neceſſe ē ipſum pone
re· ¶Itē heretici dicūt hanc falſam pater ē
equalis filio · aut qꝛ aliquid ponit· aut qꝛ ali
quid remouet· nō qꝛ remouet qꝛ dicūt hanc
verā pater ē inequalis q̄ remouet g° qꝛ aliqđ
ponit g° ꝛc̄· et fundat vtraqꝫ iſtaꝝ poſitionū
ſupra oppoſitionē inequalis ad eq̄le · Si em̄
equale et īequali accipent remotiue· Rn° dđ
ꝙ ſcđm ꝙ in littera innt et doctores antiq̄
dicūt· ꝙ poſitio magiſtri fuit ꝙ nomina q̄ n̄
dicūt ꝑſonalē ꝓꝓetatē· vel eſſentie vnitatē ꝙ
priuatiue accipiunt· vnde qꝛ ſimilis et equa
lis dicit reſpectū patris ad filiū · et ille reſ=
pectus nō ē ꝑſonalis ꝓꝓetas nec eſſentia vo
lunt ponere ꝙ omnia talia ſcđm priuationeꝫ
dicerent · ſic duo tres ſimiles et equales et
ꝯſimilia· Tamē iſta poſitio ſtare n̄ poteſt ſic̄
ſ̄ ꝓbatū ē· de vnitate et pluralitate nominū
diuinoꝝ· Si em̄ in diuinis ē vnitas poſitiue·
et pluralitas· et hec duo faciūt ſimilitudinē
et equalitatē· Neceſſe ē hec poſitiue accipi ī
diuinis· Et ꝯcedende ſūt rōnes ad hoc indu
cte· Ad illud g° qđ obicit ꝙ equale ē ꝙ nō
excedit dđ· ꝙ illi negationi ſubſternit affir
matio· et poſitio q̄ notificat ꝑ priuationē op
poſiti ſcꝫ exceſſus· Ad illud qđ obicit ꝙ n̄ ē
diuerſitas in diuinis· dđ ꝙ nō indicat diuer
ſitatē niſi ſuppoſiti nō forme de ſe et quia in
diuinis ē pluralitas ſuppoſitoꝝ patꝫ ꝛc̄· Ad
illud qđ obicit ꝙ ſcđm qđ dicunt poſitiue·
dicūt ꝯmēſurationē dđ· ꝙ in diuinis nō eſt
mēſuratio ſimpliciter· ſed tn̄ ē ꝯmenſuratio
reſpectu infiniti et hoc nō ponit ſimpliciter
ꝯmenſurationē· Aliter poteſt dici ꝙ equale
et ſimile de ſuo primo intellectu ponūt vni=
tatē quātitatis et qualitatis · Qꝫ aūt ponat
ꝯmenſurationē hoc qđ ē equale ē· qꝛ quanti
tas illa ē mēſurata qm̄ g° in diuinis ē im mē
ſa dicit ibi ꝯuemētiā in quātitate virtutis ꝙ
uis nō ponat ibi ꝯmenſurationē·

Secūdo querit vtꝝ nomina ꝓdicta di
cant ſcđm ſubſtantiā· an ſcđm relatō
nem· et ꝙ ſcđm ſubſtantiā· videt au
ctoritate magiſtri ī littera· Equalitas inquit
nō ē relatio vel notio · ſed nature vnitas vel
idēptitas· et hila· de trin· Similitudo ē in
differēs eſſentia g° tā ſimilitudo quā equa
litas dicit diuinā eſſentiā· ¶Itē equalitas
dicit ſcđm quantitatē et ſimilitudo ſcđꝫ qua
litatē· ſꝫ in diuinis qualitas et quātitas trā
ſeunt in ſubſtantiā g° ꝛc̄· ¶Itē omne qđ dꝛ
ſꝫm relationē importat diſtinctioneꝫ de ſuo
p̄cipali intellectu· ſꝫ ſimile et equale dicūt
ꝯuementiā g° n̄ dicunt ſꝫm relationē· ¶Itē
nihil qđ dicit ſꝫm relationē dicit de duob⁹
niſi importet relationē ī ꝯmuni· hoc dico ꝓp=
ter hoc nomē relatus et diſtinctus· ſed ſimile
et equale importāt relationē ſpecialē· ſi eam
importāt qꝛ nō ē aſſignare ſpecialiores ſub

ipſis et dicunt de plurib⁹ g° ꝛc̄· Contra hi=
la· de trin· · Similitudo ſibi nō ē· ſed omne
qđ dicit ſcđm ſubſtantiam dicit ad ſe g° ꝛc̄·
¶Item omne qđ dicit ſcđꝫ ſubſtantiā dicit
de pluribus ſingulariter· ſed ſimilis et equa
lis dicit pluraliter g° ꝛc̄· ¶Itē equalitati re
fert pater ad filiū· et filius ad patrē· ſed n̄
eſſentia g° equalitas nō dicit eſſentiā· ¶Itē
aut pater ē equalitas filij ad patrē· aut non
ſi ſic g° cum filius equalitate illa ſit equalis
patri pater ē equalis ſibi· ꝙ nō ꝯcedit· ꝙ ſi
pater nō ē equalitas filij ad patrē g° equali
tas n̄ dicit de omnibus g° nō dicit eſſentiaꝫ
Eſſentia em̄ filij ē pater· Rn° dđ ꝙ ſcđm con
munē omniū opinionū cū ſimile et equale di
cant ꝯuementiā pluriū ī vno qđ de ſe impor
tāt diſtinctionē in ſuppoſitis· Et vnionē ſiue
vnitatē in eſſentia · qꝛ diſtinctio ꝑſonaꝝ ſpe=
ctat ad modū dđi ſcđm relationē· vnitas eſ=
ſendi ad modū dicēdi ſꝫm ſubſtantiā· Ideo
huiuſmodi nomina · nec omnino dicunt ſcđꝫ
ſubſtātiā · nec omnino ſꝫm relationē ſꝫ qđam=
mō ſꝫm ſubſtantiā· qđammō ſꝫm relationē ſꝫ
qꝛ n̄ poſſunt ſꝫm hūc duplicē modū dici p̄n=
cipaliter· ſed neceſſe ē ꝙ ſꝫm alteꝝ ideo vlte
rius oportꝫ q̄rere ſꝫm ꝯmunē modū accipien
di accipiunt in diuinis · et hec ſunt diuerſe
opiniones· quidā em̄ dicūt· ꝙ huiuſmodi no
mina ſꝫm ꝯcretionē ſignificata dicunt principa
liter ſꝫm relationē· Nam ſimiles dicunt ha=
bētes eandē qualitatē· qꝛ g° reſpicit ſuppoſi
tū ꝑ ſe ſꝫm ꝙ ꝯcretū ideo dicit ſꝫm relationē
Sed in abſtractione· qꝛ ſimilitudo ē vnitas
nature vel eſſentie· qꝛ reſpicit vnitatē forme
primo· Non diſtinctioneꝫ ſuppoſitoꝝ niſi ex
ꝯſequēti principaliter dicit ſꝫm ſubſtantiā· ſꝫ
iſte modus ſoluēdi n̄ ē ꝯuemēs· Nam ē eadē
ſignificatio in ꝯcreto et in abſtracto in princi
pali ſignificato g° ſi dicit ſꝫm ſubſtantiā vnū
et reliquū ſimiliter g° hoc nō ſoluit ꝙ dictū
ē· Secūda opinio· ꝙ huiuſmodi nomina et ī
ꝯcretione et in abſtractione dicunt p̄cipa
liter ſꝫm ſubſtantiā· et ꝯnotāt diſtinctionē
in ſuppoſitis et ratio ipſoꝝ ē qꝛ cū ſimilitudo
reſpiciat iſta duo ſcꝫ ꝯuementiā et differen=
tiā· Inmediati⁹ et ꝯpletius reſpicit ꝯuemē
tiam· dicunt em̄ drn̄tes eſſe ſimiles inquan
tū ꝯueniūt· Conueniētes vero nō dicunt ſi=
miles inquātū drn̄t· reſpiciat ergo ſimilitudo
diſtinctionē ꝑ modū materie · ſed ꝑ modū
forme reſpicit vnitatē eſſentie· Et ideo ꝯple=
tiue dicit ſꝫm ſubſtantiā tā ſimilitudo quā ſi
milis· ſed iſta poſitio nō poteſt ſtare· Certū
em̄ ē ꝙ ſimilitudo dicit reſpectus aliquoꝝ
adinuicē· ſed in diuinis nō ē niſi reſpectus ꝑ
ſone ad ꝑſonā· Reſpectus aūt ꝑſone ad ꝑſo
nam nō poteſt dici ſꝫm ſbām ergo neceſſe ē
ꝙ hoc nomē ſimile qđ a ſimilitudine imponit
ſꝫm ſubſtantiā nō dicat· Et ideo ē tercia opi
nio· ꝙ huiuſmodi nomina dicunt ſꝫm relatōꝫ
formaliter loquēdo· dicūt em̄ reſpectū ſuppo
ſitoꝝ diſtinctoꝝ ꝯuementiū in aliquo vno et

ita reſpectus cadit ibi ꝑ modū formalis· ſed
vnitas eſſentie et pluralitas cadit ꝑ modū
cauſe ideo ꝓprie et principaliter ſcd̄m relatō
nem ex ↄſequēti vero ſꝫm ſubſtantiā dicunt
cauſaliter loquēdo· Et hoc magis patet ſi cō
ſideremus ſignificationē hoꝝ nominū ī crea
turis· vnde fit trāſlatio· Similitudo em̄ ē ſe
cundū qualitatē ſimiliter et equalitas ſcd̄m
quātitatē· et ſimilitudo dicit relatōm forma
liter· ſꝫ qualitatē cauſaliter· ſimiliter equali
tas dicit quātitatē cauſaliter ſed relationem
formaliter· nō em̄ ē ſimilitudo qualitas ſed
relatio· q̄ attendit ſꝫm qualitatē· Ad illud
qd̄ obicit de magiſtro et hila· qd̄ ē eſſentia
Dicendū ꝙ cauſaliter intelligunt omnes ta-
les ſermones· Ad illud qd̄ poſtea dicit· ꝙ e
quale dicit ſcd̄m quātitatē· dd̄ ꝙ ſꝫm dicit
cauſaꝫ efficientē· nō dicit formā ſic de ſimili
Ad illud g° qd̄ obicit ꝙ relatiua important
diſtinctionē· dd̄ ꝙ quedā in diuinis dicunt
ſꝫm relationē q̄ ſūt diſtinctiua relatoꝝ· vt pa
ter et filiꝰ· et talia importāt reſpectū diſtin
guentē et talia importāt diſtinctionē vt ex-
ercitā· Quedā aūt dicunt ſcd̄m relationē· q̄
ſūt relatiua diſtinctoꝝ vt ſimilis et equalis
et talia importāt reſpectū· ſed ille reſpectus
nō ē notio diſtinguēs ſꝫ ↄſequēs diſtinguen
tē· Importat em̄ diſtinctionē vt nō exercitā
ſed vt ↄceptā· Nam reſpectus diſtinguēs ē
ꝑ vnius pſone ad aliā· ſcd̄m ꝙ ē ab illa· In
huiuſmodi vero nominibus importat reſpe-
ctus vnius pſone ad aliā· ſꝫm ꝙ ↄmunicant
vnā naturā· Et qꝛ reſpectus ē relatio iō plu-
rificat· qꝛ vero reſpectus vnius eſſentie· ideo
dicit de pluribꝰ· Et ideo patꝫ vltimū qd̄ dꝛ
ꝙ nullū relatiuū dicit de pluribꝰ niſi dicat
relationē in ↄmuni· dd̄ em̄ ꝙ hoc n̄ ſolū ē in
hijs nominibus q̄ importāt diſtinctionem in
ↄmuni vt relatus et diſtinctus· veꝝ etiaꝫ in
hijs· q̄ dicūt reſpectū pluriū vt ↄmunicāt in
aliquo· Tale em̄ nomē· dicit reſpectū in con
muni ſpeciuocatū tn̄ rōne ↄmunicationis in
vno· vnde ſimiles dicunt adīnucē relati pti
cipātes vnā qualitatē·

Tercio q̄rit· vtꝝ p̄dicta noīa ſcꝫ eq̄lis
et ſimilis dicāt mutuā relationē· ſecū
daꝫ quā pater filio et filius patri ſit
equalis· et ꝙ nō videt· qꝛ ſꝫm dioniſium· In
talibus n̄ recipimus reciꝓcationē ſed pater
ē principiū filij· g° non cadit ibi reciꝓcatio
vt dicat pater equalis filio ¶ Itē hoc videt
rōne qꝛ em̄ filius ſimilis ē patri· ideo dicit ſi
militudo patris· g° ſi ecōuerſo pater ē ſimi-
lis filio ꝑfecte· g° pater ē ſimilitudo filij·
hoc aūt nō recipit g° ꝛc· ¶ Itē qui ē equalis
alij ſꝫm equalitatē ſibi adequat· ſi g° pater ē
equalis filio g° ſi adequat quero a quo· aut
a ſe aut ab alio· Non a ſe qꝛ quicunqꝫ equat
ſe alij aliquid agit in ſe· ſed pater nihil agit
in ſe g° nō adequat nec ſe nec alio equat g°
nō eſt equalis filio· Contra ſimile et equale
ſunt relatiua equiꝑantie· ſꝫ iſta denomināt

vtrūqꝫ extremū· g° ſi filius ē ſimilis patri pa
ri rōne pater ē ſimilis filio· ¶ Itē ratio ſimi-
litudinis ē ↄueniētia vel indifferētia in qua
litate vel ſbā· Sed ↄueniētia equaliter reſpi
cit vtrūqꝫ extremū· et indifferētia· ſi g° filiꝰ
ē īdifferēs patri et ecōuerſo pater ē ſimilis
filio· ¶ Itē omne plurale geminat ſuū ſingu
lare· ſed hec ↄcedit pater et filius ſunt ſimi
les et equales· g° pater eſt ſimilis quero cui
aut ſibi aut alij· non ſibi ergo alij· Rꝫ° dd̄ ꝙ
ſimilis et equalis dupliciter accipiunt· aut
ꝓut dicūt ↄuenientiā in quātitate vel quali-
tate· Aut ꝓut ſupra ↄuenientiā addūt imi-
tationē vel expꝛ̄ſſionem ꝑfectam· primo qui-
dā mō ſūt relatiua equiꝑantie· et dicunt ad
ↄuertentiā ſꝫm ꝙ ꝓbant rōnes ſcd̄o inducte
Alio mō ſimilis et equalis addit ſup hoc ra
tionē originis· vnde equalis dicit quaſi ade
quatus et ſimilis quaſi aſſimilatꝰ hoc modo
nō ↄuenit niſi ei qui ē ab altero· et hoc modo
ꝓcedūt prime rōnes· ꝙ pater nō dicit ſimi-
litudo filij ꝑ imitationē nec equat filio ꝑ e-
manationē ab alio ſed equat ſibi filiū· Qd̄ tn̄
dicit dioꝰ· ꝙ nō recipimus reciꝓcationē ꝛc·
loquit de cauſa ꝓpe· Et ꝓut differt ab effe
ctu ꝑ eſſentiā· hoc aūt mō pater nō ē cauſa
filij immo bene ē habitudo filij ad patrē ſic
ecōuerſo et ſic patet omnia·

In iſta pte ſunt dubitatōnes circa lit
terā· et primo dubitat de ſitu huius
ptis· qꝛ cū ſ̄ diſ· xix· actum ē de qua-
litate· videt hic magiſter ſupflue repetere·
Rꝫ° dd̄ ꝙ de equalitate et ſimilitudine ē lo
qui dupliciter ſcꝫ a pte rei et a pte nominis·
Et primo mō agit de equalitate et ſimilitu-
dine in p̄cedētibus ſcd̄o mō hic ¶ Itē que-
rit de hoc qd̄ dicit ꝙ nihil ē ſimile ſibi· vid̄
tur em̄ falſum qꝛ aliquis differt a ſe· ſic ſor-
tes ſenex a ſe puero· ergo pari rōne poteſt a
liquid eſſe ſimile ſibi· ¶ Itē xp̄s homo ē ſibi
ſimilis qꝛ nullus ē beatus niſi ſit deo aſſimu
latus· xp̄s ē maxime deo aſſimulatus ergo ꝛc
Rꝫ° dd̄ ꝙ ſic differētia aliqn̄ notat alietatē
ſuppoſiti a ſuppoſito· vt cū dicit petrus eſt
alius a paulo· Aliqn̄ alietatē ī natura vt cū
dicit xp̄s ſꝫm ꝙ homo differt a ſe deo· Ali-
quādo alietatē ſtatus a ſtatu vt petrꝰ ſenex
differt a ſe puero ꝑ hunc modū intelligend̄
de ſimilitudine· qn̄ igit ſimilis dicit ſimili-
tudinē ſuppoſiti ad ſuppoſitū nō poteſt eſſe
idem ſimilis ſibi· qn̄ vero dicit ſimilitudineꝫ
nature ad naturā· vel ſtatus ad ſtatum· po
teſt idē eſſe ſibi ſimilis qꝛ hec ↄcurrūt in ea-
dē pſona· et ita intelligit magiſter· ¶ Itē q̄
rit de hoc ꝙ dicit· ꝙ equalitas patris et fi-
lij nō ē relatio vel notio· qꝛ ſtatim p̄dixit· ꝙ
ſimile et equale ē relatiuū g° ſimilitudo ē re
latio· Rꝫ° dd̄ ꝙ magiſter intelligit de notio
ne q̄ ē pſone ꝓpetas· Non de relatione ↄmu
niter intellecta· Vel aliter dd̄ ꝙ verbū magi
ſtri ē cauſaliter intelligendꝫ ſicut patet ex
p̄cedentibus· quia equalitas nō conſiſtit in

ꝓꝓrietatibus ꝑſonalibus · ſ₃ magis in eſſen-
cialibus q̄ ſ̄ oſtenſa ſunt ·

NOn ē ꝑtermittendū hoc qd̓ illuſtris
vir hila⁹ · Terminata pte illa · in qua
agit de ſignificatione hoꝝ nominū ſi
milis et equalis · hic incipit ſcd̓a ps in qua
agit de hoꝝ nominū aꝓꝓatione · et hab₃ hec
ps duas ptes · In prima aſſignat aꝓꝓatiōes
In ſcd̓a mouet et ſoluit dubitationē q̄ ex hu
iuſmodi aꝓꝓatione habet originē infra diſ ·
xxxj · Hic orit̄ queſtio ex p̄dictis d̓ducta · pri
ma ps diuidit̄ in duas ptes · In prima aſſig
nat aꝓꝓata ſecundū hila · · In ſcd̓a ſ₃m aug ·
ibi Inde etiā ſciri oportet ꝙ eandē triū pſo-
naꝝ diſtinctionē · prima ps hab₃ tres · ĩ pri-
ma aſſignat hila · aꝓꝓationem et eius expla
nationē · ꝓpter ſui obſcuritatē · in ſcd̓a oſten
dit ꝙ illa q̄ hila · aſſignat nō ſunt ꝓpria · ſed
aꝓꝓata ibi nō ē ſ₃m ex p̄miſſa expoſitionē In
tercia vero oſtēdit ꝙ illa quibus hoc aꝓpriat
ſunt ꝓpria · Aꝓpriatio em̄ ē cōmunis reſpectu
ꝓprij et hoc facit ibi · ꝓpria igit̄ pſonarū ꝛc̄ ·
Illud g° ſciri opoꝛ₃ ꝙ eandē triū pſonaꝝ ·
hec ē ſcd̓a ps huius ptis · ĩ qua aſſignat ma
giſter aꝓpriationē Aug · Et hec ps hab₃ du
as · In prima ponit ipſam aꝓpriationē · In ſe
cūda ponit eius expoſitionē ibi · ſ₃ plurimos
mouet qd̓ patri attribuit ꝛc̄ · et hec ps hab₃
tres ſ₃m illa tria aꝓpriata · In prima oſtēdit
ꝙ qualiter patri aꝓpriat̄ vnitas · oſtendens
etiā icid̓ētaliter qualiter aliqua dicunt̄ vnū
In ſcd̓a vero oſtēdit quomō filio aꝓpriat̄ eq̄
litas ibi · Nunc videam⁹ qualiter equalitas
In tercia vero oſtēdit quō ſ · ſ · aꝓpriet̄ ꝯcor-
dia ibi · Qd̓ aūt in ſ · ſ · d̓r eſſe vtriuſq₃ ꝯcordia

AD intelligentiā eoꝝ q̄ dicunt̄ in hac
pte duo principaliter querunt̄ · pri̇o
querit̄ de aꝓꝓatione hilarij · ſcd̓o de
aꝓpriatione aug · Et quātū ad primū querit̄
tria · primo querit̄ vtꝝ imago dicat̄ in diui-
nis ſ₃m ſubſtantiā · an ſ₃m relationē · ſcd̓o da
to ꝙ ſ₃m relationē · querit̄ vtꝝ imago ſit ꝓ-
priū filij · Tercio querit̄ de rōne aꝓꝓationis
illoꝝ triū ſc₃ eternitas ſpeciei et vſus · Q₇ aūt
imago dicat̄ ſ₃m ſubſtantiā oſtendit̄ hoc mō
hila · iiij · de trin · deus ad ꝯmunē ſibi cū d̓o
imaginē eandēq₃ ſimilitudinē repit̄ homi-
nū opari · ¶ Itē beda ſup illud Faciamus ho
minē ꝛc̄ · In hoc ꝙ dicit imaginē notat̄ vna
et equalis ſubſtātia trinitatis g° imago cum
ptineat ad ꝯmunitatē et vnitatē ſbē dicit̄ ſe
cundū ſbām · ¶ Itē hoc ipſum videt̄ rōne · q₂
illud idē qd̓ dicit exēplar actiue · dicit̄ ima-
go paſſiue · ſ₃ exēplar in diuinis dicit̄ ſ₃m ſub
ſtantiā · nō ſ₃m relationē g° ꝛc̄ · ¶ Itē imago
ꝯſiſtit in rep̄hendēdo aliquid non tantū in
ſubſtātia ſ₃ etiā in diſtinctione et ordine di
ſtinctoꝝ · ſi g° in diuinis nō cadit diſtinctio
in vna pſona · Neceſſe ē ꝙ ĩ diuinis attēdat̄
imago ſ₃m ꝙ vnitas eſſentie ē in tribus pſo-
nis g° n̄ notionaliter · ſed eſſentialiter dicit̄
imago ĩ diuinis · Contra aug · in vj · de trin ·

quid abſurdius quā imaginē dici ad ſe · ſed
omne qd̓ dicit̄ ſ₃m ſubſtantiā dicit̄ ad ſe g°
cū imago nō dicat̄ ad ſe nō dicit̄ ſ₃m ſubſtā-
tiā · ¶ Itē hila · iiij · de trin · imago ſola nō ē
g° imago in diuinis ē cū alio · ſed eſſentia nō
ē cū alio g° ꝛc̄ · ¶ Itē hoc ipſum videt̄ ꝑ dif-
finitionē imaginis · q₂ hila · dicit ꝙ imago ē
rei ad rem coequādā ſed res q̄ coequatur rei
ē pſona g° imago ē pſone ad pſonā · Sed qd̓
dicit reſpectū ad alteꝝ dicit̄ ſ₃m relationē ·
g° imago · ¶ Itē hoc videt̄ ꝑ ethimologiam
imago em̄ dicit̄ quaſi imitago · g° vbi ē ratio
imaginis ibi ē imitatio · ſed diuina eſſentia n̄
imitat̄ aliqd̓ q₂ omne tale ē ab aliquo g° ima
go nō dicit̄ ſ₃m ſubſtantiā vel eſſentiā · R₇°
d̓d̓ ꝙ ſic exēplar ſ₃m ꝓprietatē vocabuli dicit
exp̄ſſionem ꝑ modū actiui · Vnde exēplar di
cit̄ ad cuius imitationē fit aliquid · ſic econ-
trario imago ꝑ modū paſſiui et dicit̄ imago
qd̓ alteꝝ exprimit et imitat̄ · et hoc mō acci-
pit̄ imago dupliciter ſ₃m ꝙ duplex ē exp̄ſſio
ſc₃ vel in nature vnitate vel in nature diuerſi
tate · in nature ꝯmunitate ſiue vnitate · ſic fi-
lius impatoris dicit̄ imago patris · in nature
diuerſitate · ſic imago impatoris ē in nūmo ·
ſic reſpectu dei dicit̄ imago ꝑ exp̄ſſionē ſ₃m
idēptitatē nature et ſic ē imago increata et
dicit̄ notionaliter ſiue ſ₃m relationē · q₂ ima-
go dicit emanationē · Emanatio aūt in vnita
te nature nō ē niſi pſone · dicit̄ etiā imago ꝑ
exp̄ſſionē₃ in diuerſitate nature · et ſic dicit̄
imago creata reſpectu totius trinitatis et ſic
patet ꝙ imago in diuinis accepta dicit̄ ſ₃m
relationē pſone ad pſonā · et hoc ſ₃m vocabu
li ꝓꝓetatē ſic ꝓbāt rōnes ad hoc inducte · ſ₃
quoniā ꝯtingit abuti nomine exēplaris vt e-
tiā dicat̄ exēplar qd̓ ad imitationē alteri⁹ fit
ſic ecōtrario ꝯtingit abuti imagine vt dicat̄
imago ad cuius exp̄ſſionē fit aliquid · et ſic
cū creatura fiat ad exp̄ſſionē eſſentie in trini
tate pſonaꝝ poteſt dici imago de tota trini-
tate · et ſic dicit̄ imago imaginans · Cum de
rōne nominis dicat̄ imaginatū ſic exēplar di
cit̄ exēplatū abuſiue · q̄uis exēplar ſit exem
plaris et ſ₃m iſtū modū dicunt̄ accepiſſe hi-
lari⁹ et beda · vt dicit magiſter xvj · diſ · ij · li ·
Tamē poteſt dici ꝙ vterq₃ loquit̄ de imagi
ne creata q̄ cū ſit reſpectu vnius eſſentie eſt
ꝯmunis imago triū pſonaꝝ et iudicat vnita
tē ſubſtātie in tribus · Vnde nunꝙ̄ imago pu
re dicit̄ ad ſe · q₂ ſemꝑ dicit reſpectū vel ad
aliā pſonā vel ad creaturā · ſiue creature ad
diuinā naturā · Nunquā etiā dicit̄ pure ſcd̓₃
ſubſtantiā · q₂ ſemꝑ notat vel diſtinctionē₃
interius vel exterius · Vnde imago nō dicit̄
eſſentia ſimpliciter ſ₃ eſſentia vt in tribus ꝑ-
ſonis ꝯſiderata · Tamē ꝓꝓetatē ſermonis ſer-
uādo imago dicit̄ ſ₃m relationē pſonalē ꝓut
dicit̄ imago eterna · Et ꝯcedēde ſunt aucto-
ritates et rōnes ad hoc · ad auctoritates in
oppoſitū pat₃ rñſio · Ad illud g° qd̓ obicitur
ꝙ exēplar dicit̄ eſſentialiter g° ꝛc̄ · d̓d̓ ꝙ non

ē ſimile· qꝛ tota trinitas ē principiū· et ideo
qꝛ exēplar ratione pducētis dicit· vnde ſꝫm
ſubſtantiā dicit̄ et ɔuenit toti trinitati· ſed n̄
tota trinitas ē principiata· et qꝛ imago dicit
rōnem pducti ꝓprie ideo nō ɔuenit toti tri=
nitati nec dicit̄ ſꝫm ſubſtantiā· Ad illud qđ
obicit̄ q̄ ad hoc q̄ ſit imago debet exprime
re diſtinctionē et ordinē· dđ q̄ illud verū ē ī
imagine q̄ ē imago rei habētis diſtinctioneꝫ
et ordinē· ſic habet homo in ptibus et tota
trinitas in pſonis· ſed cū res cuius ē imago
n̄ habeat diſtinctionē vtputa vna pſona nō
oportꝫ ſic exprimi· vel poteſt dici q̄ illud ve
rum ē qn̄ imago ſubſtātialiter differt· Tunc
enī ad hoc q̄ expſſe exprimat· neceſſe ē imi=
tari in ɔditionibus ɔſeqn̄tibus ſubſtantiā ſꝫ
cū imitat̄ in eadē forma ſubſtātie n̄ oportꝫ·

Ecūdo querit̄ vtrū imago ſit ꝓpriū fi=
lij· et q̄ ſic videt̄ per hila· in ꝓpoſita
ꝓꝓpatione· eternitas in patre· ſpecies
in imagine vſus in munere· pater dicit̄ ꝓprie
ſimiliter munus· g° ſi recte ponunt̄ ex equo
imago dicit̄ ꝓprie de filio· ¶ Itē aug⁹ vj· de
trin· Solus filius ē imago patris et expſſi⁹
eo filius quo imago· et verbū· g° ſꝫm hoc cū
filius dicat pſonalē relationē patꝫ ꝛc· ¶ Itē
imago eſt ſimilitudo expreſſa· et in diuinis
ſimilitudo expreſſiſſima ſed ſimilitudo ex=
preſſiſſima non poteſt eſſe plurium diſtin=
ctorū· ſi g° filius ē ab vno· ſpūs ·ſ· equaliter
a duobus g° nō poterit eſſe imago· ¶ Item
imago in diuinis attēdit̄ ſꝫm imitationē pſo
ne· nō eſſentie qꝛ nō ē imago eſſentie ſꝫ pſo=
ne g° ad hoc q̄ vna pſona ſit imago alteri⁹
neceſſe ē q̄ illā imitet̄ in eo q̄ reſpicit pſonā
vt pſonā· ſed emanatio vel pductio reſpicit
pſonā vt pſonā· Nam pductio creature reſ=
picit ſubſtantiā· Cum g° ſolus filius imitat̄
patrē in pductione pſone ſolus filius ē ima
go· Contra dama⁹· dicit q̄ ſ· ſ· ē imago filij
g° nō ē filij ꝓprium eſſe imaginē· ¶ Itē hoc
videt̄ p vtraq; diffinitionē hila· et prima ē
imago ē eius rei ad quā imaginat̄ ſpecies in
differēs· ſed hoc ɔuenit ſ· ſ· ergo et imago·
¶ Item hoc videt̄ p rōnem qꝛ ad imaginem
iſta duo ſufficiūt ſcꝫ imitatio ſꝫm ſimilitudi
nē et ſꝫm equalitatē· Sed hec duo ē repire ī
pſona ſ· ſ· g° ꝛc· ¶ Itē ſic filius pcedit a pa
tre vt exprimēs patrē ita ſ· ſ· a filio vt expri=
mēs filiū g° queadmodū ē imago fili⁹ pris
ita ſ· ſ· ē imago filij· R⁹ dđ q̄ imago in diui
nis nō tantū dicit expſſionē pſone ſꝫ etiā ex=
pſſionē in ſummo· Expſſio aūt ī ſummo duo
ponit· ſcꝫ q̄ ſit vnius ad vnū· et q̄ ſit ſꝫm cō=
muneꝫ modū q̄ ſit vnius ad vnū ponit p hoc
q̄ illud qđ p ſupabundantiā dicit̄ vni ſoli
ɔuenit et ſi ſit eſſentiale eſſentie· ſi pſonale
pſone· Nam vnū in ſummo non poteſt expri
mere plura· vel plures vnū· vnū inquā in quo
nulla ē diuerſitas· Similiter vnū ſumme nō
poteſt exprimi a pluribus vt plures ſunt· qꝛ
tūc omnino differētes eſſent· ponit etiā ali
ud videlicet· vt ſit expſſio ſꝫm ɔmunē modū
Nam ſi ex aliquo reſpectu nō habet exprime
re· non exprimet ſumme ꝓpter primā rōnem
ſolus filius ē imago qꝛ ſolus ab vno pcedit·
Spirit⁹ aūt ſanct⁹ a duobus et ideo equali=
ter vtrūq; exprimit et neutrū ī ſummo ꝓpter
ſcđam rōnem ſolus filius ē imago qꝛ ſꝫm om
nē reſpectū habꝫ rōnem exprimēdi et inquā
tum ɔpat̄ ad illū a quo ē et inquantū ɔpat̄
ad illū qui ex ipſo ē inquantū ɔpat̄ ad illuꝫ
a quo ē qꝛ exit p modū nature et ita p mođ
verbi et ſpeciei· et p moduꝫ ſimilitudinis ex
pſſe· inquantū ɔpat̄ ad illū qui ē ex eo qꝛ p
omnia et eodē mō ſpirat filius vt pater· ſ· ſ·
aūt in nullo horū ɔuenit ideo ratio imaginis
ē in ſolo filio qꝛ ab vno tantū pcedit et qꝛ p
modum nature qꝛ etiā ɔſimiliter pducit ſ· ſ·
media tn̄ ratio qꝛ p modū nature ē ratio p=
pria· Alie vero faciūt ad ɔgruitatē· Conce=
dendū igit̄ q̄ ſolus filius ꝓprie loquēdo eſt
imago et eo quo filius eo eſt imago et eo ip=
ſo verbum et filius dicit ſolum reſpectiꝫ ad
patrem imago principaliter ad patrem· ſed
ɔſequēter reſpectū ad aliā pſonam verbum
principaliter reſpectū ad patrē· et ɔſeqn̄ter
reſpectū ad creaturā· vnde eadē notio ſūt ip
ſius filij· tn̄ alio et alio mō ſignificata· vnde
non ē ſupfluitas· Ad illud g° qđ obicit̄ de
dama°· dđ q̄ dam· fuit grecus· greci aūt n̄
ita ꝓprie accipiūt rōneꝫ imaginis vt latini qꝛ
nec de origine pſonarū ſic ſane ītelligūt· vel
poteſt dici q̄ ſermo aug· et dam· cauſaliter
intelligit̄ qꝛ reformat nos ad imaginē criſti
Ad illud qđ obicit̄ q̄ diffinitio imaginis cō
uenit ſ· ſ· dđ ſic īfra patebit q̄ ſpecies vt ibi
accipit̄ ɔuenit ſoli filio· Ad illud qđ obicit̄
de aſſimilatione et qualitate· dđ q̄ filius n̄
dicit̄ imago ꝓpter aſſimilationē in ſubſtātia
ſed ꝓpter modū emanādi et hoc nō habet ſ·
ſ· expſſiſſimā ſimilitudinē nec cū filio nec cū
patre ideo nullius ē imago

Ercio querit̄ vtrū eternitas ꝓpriatur
patri· ſpecies imagini· et vſus muneri
videt̄ q̄ nō ſit bona ꝓpriatio hilarij·
qꝛ omnes diuine pſone ſimul eterne ſunt et
coequales et eternitas abſtrahit ab actu p=
ſone g° nō ē ꝓpriabilis ¶ Itē querit̄ quare
ſpecies ꝓpat̄ imagini aut enī ſumit̄ ibi ſpēs
vt ſpecies dicit̄ forma· aut pulcritudo ſi for
ma ſic natura nulla ē ꝓpabilis ſic nec ſpeci=
es ſi aūt pulcritudo· ſed pulcritudo imagīs
refert̄ ad ptotipū g° ad patrē g° illi debꝫ
ꝓpriari· ¶ Itē dio⁹ dicit q̄ bonū et pulcrū
idē g° cū bonitas ſit ꝓpriabilis ſ· ſ· g° et pul
critudo· ¶ Itē hila· dicit q̄ oportꝫ imaginē
habere eſſentiā et naturā et ſpeciē auctoris·
quare magis diffinit imaginē p ſpeciē quā a
liqđ aliorū· ¶ Itē nō ē vtendū deo ſed ſolū
creatura g° vſus nulli pſone ē ꝓpabilis g°
nec ·ſ· ſ· R⁹ dđ· q̄ illa ꝓpriatio hilarij fuit
ad explicandū pſonarū originē ſiue emanatō
nem qm̄ ergo perſona patris emanatione et

origine caret iō id debuit aꝓpriari qd̓ īpor-
tat priuationē principij· Tale aūt ē hoc nom̄
eternitas· Eternū em̄ ē qd̓ principio caret et
licet de ſuo nomine nō dicat niſi priuationē
inicij durationis ꝑ aꝓpationē tn̄ dicit priua
tionē omnis principij et ſic patet prima ob-
iectio· Spiritus vo ſanct9 ꝓcedit ꝑ mod̓ vo-
lūtatis et amoris et ita debuit ei aꝓpari no-
mē qd̓ actū exprimit volūtatis· hoc aūt ē h°
nomē vſus· Nam vti ē aſſumere aliquid ī fa-
cultatē volūtatis ſiue ad vtendū ſiue ad fru
endū qm̄ g° aſſumptio ad fruendū ē ꝑ amo
rē· ſimiliter adutendū qz amor ē pondus et
ordo ideo vſus recte aꝓpriat ſ· ſ· Et ſic patz
vltimo queſitū ſcꝫ ꝙ vſus accipit hic nō ꝓut
diuidit ꝯtra fruitionē ſed ꝓut dicit amoris
ꝯplexū et actū liberꝝ · filius vero emanat ꝑ
mod̓ nature ideo emanat ꝑ modū ꝑfecte et
exp̄ſſe ſimilitudinis· Naz natura ꝓducit ſibi
ſimile et equale· et qz habet in ſe rationē ex
p̄ſſe ſimilitudinis ideo et ꝯgnitionis· qz exp̄ſ
ſa ſimilitudo ē ratio ꝯgnoſcēdi· et qz ꝑ mod̓
ꝑfecte ſimilitudinis et rōnis habꝫ in ſe ratōꝫ
et exēplar omniū inde ē ꝙ habet rōnem ꝑfe
cte pulcritudinis · qz em̄ ē ꝑfecta et expſſa
ſimilitudo ideo pulcer ē in ꝯpatione ad euꝫ
quoniā exprimit qz vero rōneꝫ ꝯgnoſcēdi ha
bet et nō vnius tantū ſꝫ totius vniuerſitatis·
ideo pulcrū pulcerrimus ipſe mūdus mente
gerēs pulcritudinē habꝫ in ꝯpatione ad om
nē pulcritudinē extraneā· Ex hijs duob9 re-
linquit ꝑfectiſſima pulcritudo· ſic em̄ dicit
Aug· pulcritudo nō ē aliud quā equalitas
numeroſa· quoniā igit in ꝯpatione ad patrē
habet pulcritudinē equalitatis qz ꝑfecte ex
primit ſic pulcra imago · In ꝯpatione vero
ad res habꝫ omnes rōnes ſꝫm ꝙ dicit Aug9
ꝙ ē ars plena omni rōne viuētiū ita patꝫ ꝙ
in filio recte repit ratio omnis pulcritudinis
Et igit quo filius ꝑ moduꝫ nature emanat·
habet rōnem ꝑfecte et exp̄ſſe ſimilitudinis·
eo ꝙ habet rōnem ꝑfecte ſimilitudinis ha-
bet rōnem ꝯgnitionis et rōne vtriuſqꝫ habet
rōnem pulcritudinis· Quoniā igit nomē ſpe
ciei importat ſimilitudinē et importat ꝯgnoſ
cēdi rōnem et importat pulcritudinē· vt ſpe
cies quidā primi digna ē ī pīo iō elegātiſſi
me aꝓpat filio· patꝫ g° quare illud nom̄ ma
gis aꝓpat hila9 filio quā aliud· quare etiam
magis diffinit imaginē ꝑ illud nomē quam
aliqd̓ aliud· Ad illud g° qd̓ obicit ꝙ pulcri
tudo imaginis refert ad ꝓtotipū· dd̓ ꝙ verꝫ
ē ſed tn̄ aliter refert honor ·aliter pulcritu-
do qz honor imaginis ſiue picture ita refert
ad ꝓtotipū ꝙ in ipſa nō ē ſꝫm ſe honor ſic pa
tet· Si honoret iconia beati nicolai· ſed pul-
critudo ita refert ad ꝓtotipū ꝙ nihilominus
ē in imagine pulcritudo· nā ſolū in eo cui9 ē
imago· et poteſt ibi repiri duplex ratio pul-
critudinis quānis in eo cuius ē nō niſi vna in
uenit qd̓ patꝫ qz imago dicit pulcra qn̄ be-
ne ꝓtracta ē· dicit etiā pulcra· qn̄ repſentat
illū ad quē ē· et ꝙ iſta ſit alia ratio pulcritu
dinis· patꝫ qz ꝯtingit vnā rem eſſe ſine alia·
quēadmodū dicit imago diaboli pulcra· qn̄
bene rep̄ſentat feditatē diaboli· et tūc feda
ē· Et ideo hila· aꝓpans ſpeciē ſiue pulcritu-
dinē filio magis aꝓpriat ſub nomine nomīs
quā ſub nomie filij· Ad illud qd̓ obicit ꝙ id̓
ē bonū et pulcrū· dd̓ ꝙ dio9 nō vult dicere·
ꝙ ſint vnū rōne ſꝫ ꝙ ſint vnū re· ſed quoniā
rōne differūt ideo alicui poteſt aꝓpriari vnū
qd̓ nō aꝓpat alterꝝ ꝛc̄·

Onſequēter ē queſtio principalis de
aꝓpriatione aug· que ē ī patre vnitas
in filio equalitas· In ſ· ſ· vnitatis eq̄-
litatiſqꝫ ꝯcordia· Et ita hic querunt tria· pri
mo querit vtꝝ deus poſſit dici eſſe vnū cum
creatura· ſcd̓o vtꝝ creatura poſſit dici vnum
cū alia creatura · Tercio de rōne aꝓpationis
illoꝝ triū· Q; aūt de9 poſſit dici vnū cū crea
tura oſtendit ꝑ auctoritatē aplī· j· corr· vj·
Qui adheret deo vnus ſpūs ē· ſi vn9 ſpūs g°
vnum ens et vna res et ſi hoc· g° vnū· ¶ Itē
homo qui adheret deo· vnus ſpiritus ē· aut
creatus aut increatus· Non creatus qz deus
nō ē creatura g° ad minus īcreatus ſꝫ ſpūs ī-
creat9 ē omnino vnus g° homo adherendo
deo ē ſimpliciter vnū cū deo· ¶ Item magis
vnit mediū extremo quā extremū extremo· ſꝫ
ſpūs· ſ· ē mediū viuēs viros iuſtos· et viri iu
ſti ꝑ ipſum vniti ſunt· vnde ioh· xvij· vt ſīt
vnū ſic et nos ſumus g° iuſtus vir· Cum ſpū
ſancto poteſt dici vnū· ¶ Itē magis vnit mē
brum capiti quā mēbruꝫ cū mēbro ·g° cū xp̄i
mēbra ſint vnū in xp̄o· multofortius mēbruꝫ
ē idē capiti ſꝫ xp̄us ē caput nō tantū ſcd̓ꝫ hu
manitatē ſed etiā ſꝫm diuinitatē g° ꝛc̄· Con-
tra ex illo verbo qd̓ dicit ioh· x· Ego et pater
vnū ſumus· Impugnāt ſancti hereſim arria
nā et maxime Aug9· Et hoc ꝯcludēs arrium
errare qui dicit filiū aliā habere naturā· Si
g° ratio aug· bona ē· vnū dicit vnitatē in na
tura· ſed tali mō nō ē vnū creator cū creatu-
ra g° ꝛc̄· ¶ Itē hoc videt alia rōne· qz q̄ ma-
xime diſtant minime ſunt vnum ſed creator et
creatura maxime diſtant g° nō poſſunt ſim-
pliciter dici vnū ¶ Itē ſi ſunt vnū g° aliquid
vnū ſed ſi aliquid vnū ſunt g° deus et crea-
tura habēt aliqd̓ ꝯmune et ſic hec vniuocan
tur in aliquo g° cū vniuocū ſimplici9 ſit quā
que vniuocant in ipſo aliquid ē ſimplici9 dd̓
Itē ſi deus et creatura ſunt vnū cū infinitū
diſtat a qualibꝫ qua rōne dicit vnū cū vna et
qualibet ſed quecūqꝫ vni et eidē ſunt eadeꝫ
iter ſe ſunt eadē g° ſꝫm hoc omnia ſunt vnū
Rn̄° dd̓ ꝙ ſic dicit aug· ad hoc ꝙ aliqua ſint
vnū nō ſufficit ꝯformitas volūtatis· ſed ne-
ceſſe ē p̄ſupponi ꝯuenientiā ī natura· quoniā
g° deus et creatura ſumme differūt in natu
ra· ideo nō debēt dici vnū · ſic ꝓbant rōnes
ad hoc inducte qz vero vir iuſt9 ꝯformat ꝑ
caritatē volūtati diuine et ei adherꝫ magis·
quā alicui recte dicit vnū cū determinatone

vtputa vnus ſpiritus· Spiritus em̄ volūtas
dicit̄ et amor· vn̄ qui adheret deo vn9 ſpūs
ē q2 vnius et ↄformis volūtatis ē· Ad illud
qd̄ obicit̄ ē vnus ſpūs g° vna res· dd̄ q̄ ibi ē
uina volūtate cuꝫ alio ad hoc ordinato ordi
ne nccītatis· ſiue nccītatē ſumamus ī cauſan
do ſiue in merēdo vel diſponēdo· vt pluere
et r̄munerare ſiue damnare et ſaluare· et re
ſpectu taliū diuina volūtas habꝫ ratōeꝫ ī ge
nerali et ſpēali ¶ Vnde ſi q̄rat' quare deus
vult pluere· Rn̄det' ꝓpter noſtrā vtilitateꝫ·
ſimiliter habꝫ ratōeꝫ in ſpēali· vt ſi q̄rat' qua
re vult deus pluere in hyeme· non in eſtate·
tunc rn̄det' ꝙ vapores aquoſi magis ī hieme
habundāt q̄ in eſtate· Similiter ſi q̄rat' q̄re
magis vult ſaluare petrū q̄ iudā· rn̄det' ꝙ
iſte habuit bona merita· ille vō mala ¶ Que
dam autē ſunt opa que ſunt a diuina volun
tate cū alio ad hoc ordinato ordine ꝯgruita
tis· ſicut eſt noſtra gratificatio vel iuſtifica
tio que eſt a diuina volūtate cum opatione
et p̄paratōne liberi ar· et hoc quia qui crea=
uit te ſine te non iuſtificabit te ſine te· Et
hoc dictum ē ſcdm̄ ꝯgruentiā· adiutores em̄

dei ſumꝰ· Attamē deus ſine p̄paratōe et co
opatōne iuſtificat· vt patꝫ de ſanctificatis
in vtero· et vt dicunt de paulo· et reſpectu
taliū opum habꝫ ratōꝫ voluntatis in genera
li· et habꝫ in ſpeciali· ſed in generali certā· in
ſpeciali occultā· ¶ Si em̄ querit' quare deus
vult iuſtificare· Rn̄det' ad miſericordie ſue
oſtēſionē· et ſi q̄rit' quare non vult omnes ho=
mines iuſtificare volūtate bn̄placiti· dō ꝙ
hoc eſt ꝓpter iuſticie ſue oſtēſionē· Vnd' Aug
xxij· de ci· dei· Si remanerēt omnes in pena
non appareret miſericordis gratia redimen
tis ¶ Rurſus ſi omnes tranſferrent' de tene
bris ad lucē in nullo appareꝛꝫ ſeueritas vlci
onis in qua ꝓpterea plures q̄ in illa ſunt· vt
ſic appareret quid omnibꝰ debebat'· ſi q̄rat' ī
ſpeciali· quare magis vult iuſtificare vnū q̄
aliū duobus ſimilibꝰ demōſtratis· qꝛ multe
poſſunt eſſe ratōes cōgruentie· ideo non eſt
certitudo a pte rei· et ideo cum cognitio no
ſtra pendeat a certitudine rei· nullus certā
poteſt īueuire ratōeꝫ niſi habeat p reuelatō
nē illius cui dubia ſunt certa· et qꝛ non fuit
nobis expediēs ad ſalutē iſta cognitio· ſꝫ qꝛ
vlterioꝛ fuit neceſſaria ꝓpter humilitatē· iō
deus voluit reuelare· et Apoꝰ· non fuit au=
ſus inquirere· ſed oſtēdit defectū noſtre ītel
ligentie· cum exclamauit xj· ad Ro· O altitu
do ſapie et ſcientie dei q̄ incomꝑhenſibilia
ſunt iudicia eius et ineſtigabiles ꝛc ¶ Ad il
lud ergo quod querit' vtrū p̄deſtinatio ha
beat rationē· dō ꝙ habet in generali· ſimi=
liter in ſpeciali· et hec ratio nota eſt diuine
p̄ſcientie· non nobis ratōne p̄dicta ¶ Ad il
lud qd' obicit' de ſacra ſcriptura ꝙ aſſig̃t be=
neplacituꝫ p ratōne· dō ꝙ q̄uis aſſignet p
ratione et aliā non exprimat· non ē ꝯcluden'
ꝙ non ſit alia· quia nō ſunt omnia ſcripta· ſꝫ
nobis vtilia· vtile autē fuit ſcire ꝙ diuinum
bn̄placitū eſt cauſa et ratio vt diſcamus euꝫ
timere et nihil meritoꝝ nobis attribuere
¶ Ad illud quod obicit' ꝙ non elegit· quia
p̄uidit tales· dō ꝙ Augꝰ negat ſcdm̄ ꝙ h°
eſt ꝙ· qꝛ dicit cauſam· non ſcdm̄ ꝙ dicit ra=
tionē· qꝛ q̄uis diuina voluntas poſſit habe
re ratōꝫ ex qua dꝛ ꝯgruenter opari· tn̄ non
cauſam ſiue ratōꝫ cauſalē· cum ſit cauſa cau=
ſarū et maxime reſpectu voliti quod quideꝫ
eſt ex mera dei liberalitate· vtpote eſt gra=
tia iuſtificās impium· et p hoc patet ſeqn̄s
de ſtatu ¶ Ad illud quod querit'· ꝓpter quo
rū p̄uiſionē· dō ꝙ poteſt eſſe ꝓpter p̄uiſiōꝫ
bonoꝝ· vt aliquo modo ſunt a libero arbit·
ꝓpter quoꝝ tn̄ p̄uiſionē nec ſcio determīate
nec volo q̄rere· nec eſt ratio niſi ꝯgruitatis
Vnd' et alia poteſt eſſe q̄ hec· Ad illud qd'
obicit' de mundi creatōe· dō ꝙ non eſt ſimi
le de mūdi creatōe· quia mundi creatio a di=
uina voluntate et bn̄placito eſt tamq̄ a to
ta cauſa· Et rurſus p creatōꝫ non p̄ſuppoīt'
aliquid· Ratōes vero ad oppoſitū ꝓbant ꝙ
diuina volūtas ratōnabiliter facit ꝙ habꝫ

ratõez ↄgruitatis ratõe voliti · et qꝛ hoc ve=
rū eſt · ideo credẽde ſunt · quãuis aliq̃ catū
poſſint habere calumpniã · tñ ↄcluſio pꝛinci
palis non habꝫ calumpniã · Nam Aug · dicit
hoc in libro retractõnū poſt omnes retracti
ones · q̄ ꝓponit et elegit et rep̄bat veritate
certiſſima · et a noſtris ſenſibꝰ remotiſſima ·
et quia a ſenſibꝰ noſtris eſt remotiſſima · iõ
nullus debet ipãm inquirere · qꝛ in hac vita
non poſſumꝰ ꝑuenire · et ideo in noſtre ītel
ligentie inſufficiẽtiã ſermo de p̄deſtinatõe
claudendꝰ eſt · vt obſtruat̃ omne os et ſub=
ditus fiat omnis mũdus d̄ eo cuius iudicia
non ſunt ſcrutabilia ſed formidoloſa ſilen=
tio veneranda ·

Conſequent̃ q̃tū ad ſcdm articulū
q̃rit̃ de ſcdo · ſcꝫ intermīabilitate
diuine cognitõis · Et circa hoc q̃ru
tur duo · Primo qꝛ dubiū habꝫ ꝑ cõ
ꝑatõez ad complexa · q̃ritur vtꝝ deus ↄgno
ſcat res ꝑ modū ↄplexionis · Secũdo querit̃
vtꝝ enunciabilia ſiue que deus ſemel cogno
ſcit ſemꝑ cognoſcat ¶ Q̄d autẽ ↄgnoſcat d̄s
ꝑ modū ↄplexionis oñdit̃ ſic · Eandẽ rẽ quã
cognoſcit ſenſus cognoſcit ītellectꝰ · ſed ſen
ſus ꝑ modū incõplexionis · itellectus vero ꝑ
modū cõplexionis · ſed intellectꝰ ẽ potẽtioꝛ
in cognoſcẽdo q̄ ſenſus · g° cognoſcere ꝑ mo
dū ↄplexionis ẽ maioꝛis potentie · ſed omne
tale eſt deo attribuendū g° ꝛc̃ ¶ Itẽ ↄrñter
ſignificat̃ res ꝑ vocẽ incõplexã et ꝑ ↄplexi=
onẽ · quia ꝑ vocẽ īcomplexã q̃tū ad eſſe ſim=
pliciter · ſed ꝑ oꝛatõem q̃tū ad eſſe tale vel
tale · g° cognoſcit ſcdm complexionẽ ¶ Iteꝫ
oꝛdo vnius rei ad alterã cui ↄiungit̃ in re fa
cit compoſitõꝫ in cognitõe vel ſermone com=
plexionẽ · Sed deus non tñ itelligit in ſe reꝫ
ipaꝫ · ſed etiã et in oꝛdine ad rem aliam cui
vnitur · ergo non ſolū ꝑ mod̄ ſimplicẽ ſed cõ
poſitõnis ¶ Item deus intelligit noſtꝝ ītel
ligere et noſtꝝ dicere · ſed nos dicimus et in
telligimꝰ rem ꝑ modū ↄplexionis · ergo deꝰ
hoc modo intelligit ¶ Sed cõtra Dyo · de di
no · Cognoſcit deꝰ omnia īmaterialiter ma=
terialia · impꝑtite ꝑtita · vniformiter multa ·
īmutabiliter mutabilia · ſi ergo ꝑtita cogno
ſcat impꝑtite · g° ↄpoſita ꝑ modū ſimplicem ·
ſed modꝰ ſimplicitatis et complexionis op=
ponunt̃ · g° non cognoſcit ꝑ modū ↄplexiõis
¶ Item cū intellectus cognoſcat ꝑ modum
ↄplexionis · aut modus ille eſt in re aut in in
tellectu · non in re · qꝛ cum ſenſus ap̄pꝛehen
dat eandẽ rem app̄henderet eam ꝑ moduꝫ
cõplexionis · ergo eſt in itellectu · ſed omnis
talis intellectꝰ in quo eſt complexio realit̃
ẽ complexus et ↄpoſitus · ſed diuinus itelle
ctus non eſt huiõi · g° ꝛc̃ · ¶ Item ſi cogno=
ſcit res ꝑ modū complexionis · cū modꝰ diui
ne cognitõis ſit eo coeternus · ab eterno co=
gnouit ꝑ modū ↄplexionis · g° ↄplexio fuit
ab eterno · ergo vere vel falſe · ſi vere · ergo
plura ſunt vera ab eterno · ſi falſe · ergo plu=
ra ſunt falſa ab eterno ¶ Item ſi ↄgnoſcit ꝑ
modū cõplexionis · cum eadẽ res modo vere
ſignificet̃ ſub ratõe futuritõnis · modo ſub
ratõe p̄teritionis · modo ratõe p̄ñtialitatis
ergo hijs omnibus modis deus cognoſcit
¶ Sed contra · oĩa ↄgnoſcit vt p̄ñtia · Vnd̄ ij
De · vltio · Vnus dies apud deū ſic̃ mille anni
ꝛc̃ · g° nõ ↄgnoſcit omnibus hijs modis ¶ R̃ń°
d̄d̄ q̄ ↄgnoſcere res ꝑ modū ↄplexionis po
teſt intelligi tripliciť · aut eñ modꝰ ↄplexio
nis cadit circa rem · et ſic eſt ſenſus · deꝰ co=
gnoſcit res exiſtere vel ſe habere ꝑ modū cõ
plexiõis ſiue ↄpoſitõis et h°ẽ vm̄ · cognoſcit
eĩ res eẽ ſic̃ ſunt · Alio° vt modꝰ ↄplexionis
cadat c̃ca rẽ vt ẽ exp̄ſſa ꝑ itellectū noſtrum
et tunc eſt ſenſus q̄ deus cognoſcit res · nõ
tñ vt ſunt ſed etiã vt intellectꝰ expꝛimit · co
gnoſcit eñ res et voces ſiue intellectus illaſ
ſignantes et hoc veꝝ eſt · Tercio modo põt
intelligi vt modus ↄplexionis circa intelle=
ctum diuinū · et hoc modo falſuꝫ eſt · hoc ei
ſpectat ad intellectū qui ītelligit multa et
multa que opoꝛtꝫ ↄplecti · deus autẽ multa
intelligit vno et ita ſimplici modo · n° magiſ
eſt ſimplex intellectꝰ eius intelligẽdo vnū
q̄ multa · Vnde intelligere multa ꝑ moduꝫ
ↄplexionis nec eſt omnio virtutis nec omnio
impfectionis · et ideo non ponit̃ nec in cog
nitione infima vt ſenſitiua · nec in cognitõne
ſupma vt in diuina · et fortaſſis non etiã eſt
in cognitõe ſupma ipius aĩe que dicit̃ itelle
ctiua ꝑut eſt in ſuo ſummo · cognoſcit eñ ꝑ
modū ſimplicis aſpectus · ratões ꝓbantes
q̄ cognoſcit ꝑ modū ↄplexionis ꝓcedũt ſcdm
pꝛimã et ſcdaꝫ viam · ideo veꝝ ↄcludunt · p̄t
pꝛimū ad quod iam ſolutū ẽ ¶ Ad illud qd̄
obicit̃ q̄ complexio venit ab intellectu · d̄d̄
q̄ complexio dupliciť poteſt compari ad ī=
tellectū · aut ſicut ad cauſaꝫ · aut ſicut ad ſub
iectum · ſicut ad ſubiectū in quo et quẽ īfoꝛ=
mat et denomĩat · ſic compat̃ ad intellectuꝫ
humanū · a quo eſt complexio qui etiã ↄple
ctit̃ ſicut ad cauſaꝫ ſic compat̃ ad intellectū
diuinū · nam intellectus diuinus cognoſcit
ↄplexionẽ non circa ſe · ſed circa noſtꝝ ītelli
gere · qm̄ ↄplexio nõ eſt ab intellectu noſtro
niſi coopante diuino in intelligẽdo ¶ Ad il
lud quod obicit̃ q̄ ſi cognoſcit res ꝑ moduꝫ
ↄplexionis · quia tunc ↄplexiones ſunt eter=
ne · d̄d̄ q̄ ex pꝛimo vel ſcdo ſenſu non ſequit̃
q̄ ↄplexiones ſunt eterne · qꝛ non ẽ ↄplexio
circa deū · ſed bene ſequit̃ q̄ veritas ſignifi=
cata ꝑ aliq̄ ↄplexionẽ eſt eterna · ſic̃ veritas
huius · mundū eſſe futuꝝ · tñ ꝯpoſitio et cõ=
plexio eſt ab intellectu noſtro intelligente
illã veritatẽ eternã · Vnde ſicut vox tẽpalis
ſignat rem eternã · vt hoc nomẽ deus · nõ tñ
ſequit̃ q̄ ſit eterna · ſic multa enũciabilia ſi=
gnificãt veritatẽ eternã · nec tñ ſunt eterna ·
Ad illud quod obicit̃ q̄ tunc cognoſcit res
ſub ratõne futuritõis et p̄teritionis · d̄d̄ · ſic̃
tactum eſt q̄ modus diuine cognitõis põt

accipi ſcd̄m ſe·vel a pte cogniti· ſi a pte co=
gniti· ſic dicēdo q̄ omnio cognoſcit rem eſſe
ſicut eſt· et ita mutabilit̄ eſſe et ita ꝯpoſito
modo eſſe ſicut eſt· et ita de omnibuſ· et ſic
cognoſcit rem p̄teritā eē p̄teritā· et futuraꝫ
eſſe futurā· et non p̄teritā et p̄ntem· poteſt
iteꝝ accipi a pte ſui· et ſic cum cognitio dei
ſit omnio ſimplex omnio p̄ns· omnia ꝯgno
ſcit p modū ſimplicitatis et p modū p̄ntia=
litatis· vnde qđ dicit om̄ia ſunt p̄ntia apđ
deū· hoc dictū eſt q̄tū ad cognitionē in qua
nulla cadit ſucceſſio· ideo nec nouū nec vet9
nec p̄teritū nec futuꝝ· in actu autē cogniti=
onis angelice et humane cadit ſucceſſio· et
ideo p̄teritū et futuꝝ· et p̄terea non ita di
cunt omnia p̄ntia anime cognoſcēti ſicut deo
et hoc manifeſtū eſt· q2 nunc eternitatis qđ
eſt ſemp p̄ns complectit̄ omnia temporalia·
et ideo patet quō ſit intelligendū·

Ecundo q̄rit̄ vtꝝ enūciabilia ſiue ꝯ
plexa q̄ deus ſemel ꝯgnoſcit ſp co
gnoſcat vel ſciat ¶ Et q̄ ſic· videt̄·
quia deus non cognoſcit enūciabi=
le niſi ratōne veritatis· ſed veritas enūciabi
lis q̄ ſemel fuit ſemp fuit· et eſt et erit· g° e
nunciabile quod ſemel cognoſcit ſemp cog
noſcit· pbatio medie· omnis veritas ꝯplexi
fundat̄ ſupra rem ꝯplexā· ſed eadē res prio
eſt futura· poſtea ē p̄ns· deinde p̄terita· et
vna et eadē· g° vna et eadē veritas eſt in ea
ſcd̄m omnes hos modos· ſed nec̄e eſt q̄ ſit
ſemp ſub aliquo hoꝝ modoꝝ· g° ꝛc̄ ¶ Itē h°
ip̄m videt̄ alia ratōe· q2 q̄cumq3 ſcit de9 ſcit
imutabiliter· alioquī cum ſcire dei ſit ſuū eē
ſi mutaret̄ ſuū ſcire· et eſſe· quod eſt impoſſi
bile· ſed omne qđ habet imutabilitatē hab3
ſempiternitatē· quia ſi deſinit mutat̄· g° qđ
deus ſemel cognoſcit ſemp cognoſcit ¶ Iteꝫ
quod ſcriptū eſt in illo libro deleri non pōt
ſed deus cognoſcit non aſpiciendo extra· ſ3
legendo in libro ſue p̄ſciētie· ergo qđ ſemel
cognoſcit ſemp cognoſcit ¶ Propterea pat3
quia ſup illud Exo· xxxij· Aut dele me de li
bro tuo ꝛc̄· gloſa· ſecurus hoc dicit· quia nō
delebit̄· et idem dicit ſup p̄s· ¶ Item quod
deſinit vel pdit̄ aliquo deſinente de nec̄ita
te pendet ex illo· ſed diuina cognitio nō de
pendet ex veritate creanda· ergo q̄uis enū
ciabile deſinat eſſe veꝝ· tn̄ deus non d̄ſinit
illud ſcire· et ſi hoc· ergo quod ſemel ſcit et
ſemp ¶ Sed contra· ſicut p̄ſcire habet ſe re
ſpectu futuri vt futuꝝ eſt· ſic ſcire reſpectu
veri· ſi em̄ actu ſcit̄ actu eſt verum· ſed dicit
magr̄ deus deſinit p̄ſcire rem· cum res de fu
turo ſit p̄ns· ergo ſimilit̄ deſinit ſcire· cū de
vero ſit falſu3· ¶ Item ſicut diuina acceptio
reſpicit bonitatē· ita viſio veritatē· ſed de9
deſinit hominē acceptare cū perdit bonita
tem· ergo deſinit rem cognoſcere ſiue enun
ciabile cum pdit veritatē ¶ Item hoc ipſu3
oſ̄dit̄ p impoſſibile· quia ſi quodcūq3 enun
ciabile ſciuit modo ſcit· et ſciuit xp̄3 eſſe mo
rituꝝ· ergo et modo ſcit· ſed quidq̄d ſcit̄ eſt
veꝝ· ergo xp̄3 eſſe morituꝝ eſt veꝝ qđ ē con
tra fidē ¶ Item ſi quidq̄d ſciuit modo ſcit·
ſ3 aliq̄n ſciuit nō eē te cū nō eras· g° ſcit te nō
eſſe et ſcit te eſſe· q2 verū eſt· ergo ſcit ſimul
duo ꝯtradictorie oppoſita· g° duo ꝯtradicto
rie oppoſita ſunt ſimul vera· quod falſu3 ē et
impoſſibile ¶ R3° dđ q̄ ſcire dicit̄ dupliciṫ·
vno modo put reflectit̄ i ſe· et ſic ſenſus eſt
iſte ſcit hoc· id eſt habet cognitōe3 de hoc·
et hoc modo dđ q̄ ſcire nihil ꝯgnotat a pte
ſciti actuale· nec veritatē nec p̄ſcientiā· de9
em̄ de omni enūciatiue habet pfectā cogni
tō3 vtꝝ ſit enūciatio pfecta et cōgrua· vtꝝ
vera· et ſic ſimilia· Alio modo ſcire dicit̄ ſ3m
q̄ eſt verbū pthereti cū etc̄ tranſit i actū ex̄·
et ſic cognotat veritatē in obiecto· tunc ergo
ſcire enunciabile aliquod idem eſt q̄ p̄ſcire
ip̄m eſſe verum· Vnde ſcio te ſedere· hoc eſt
dicere non tm̄ habeo cognitō3 de hoc ſ3 etiā
cognoſco ip̄m eſſe veꝝ· primo mō ſcire impor
tat diuinū intelligere· ſcđo modo intellige
re cum aſſenſu· ſi ergo ſcire accipiat̄ primo°
ſic dico q̄ quidq̄d eſt et omne enūciabile et
omne quod ſciuit adhuc ſcit· et habet cogni
tionē d̄ illo· quia de omni eo quod eſt et qđ
poteſt eſſe habet cognitō3· nec ſequit̄· ſcit h°
ergo hoc eſt veꝝ· imo eſt ibi ꝯſequēs· Si au
tē accipiat̄ ſcire ſcđo modo put ꝯgnotat ve
ritatē circa enunciabile ſic fuerūt quidā qui
dicerēt q̄ deſinit aliquid enūciabile ſcire· q2
poſuerūt q̄ enunciabile quod ē veꝝ poteſt
eſſe falſum· Alij dixerūt ꝯtrarium· quia po
ſuerūt q̄ enunciabile quod ſemel veꝝ eſt ſp
eſt veꝝ· et ita ſemp ſcit̄· et vt meli9 pateat
videnda eſt ſua poſitio et ratio poſitionis·
Fuerūt q̄ dixerūt q̄ albus alba albū cu3 ſint
tres voces et tres habeāt modos ſignifican
di· tū quia eandē ſignificatōe3 iportāt· ſunt
vnū nomē· p hunc modū dixerūt q̄ vnitas
enūciabilis accipienda eſt non ex pte vocis
vel modi ſignificandi ſed rei ſignificate· ſed
vna res eſt que primo eſt futura· deinde p̄
ſens· tercio p̄terita· ergo enūciare rem hanc
primo eſſe futurā· deinde p̄ntē· tercio p̄teri
tā· non faciet diuerſitatē enunciabiliū· ſed
vocū ¶ Rurſus cū idē tēpus ſit primo futuꝝ
deinde p̄ns· tercio p̄teritū tempus ſ3 qđ ē
menſura rei quod ſignificat̄ p orationē quā=
uis eſſe vel fuiſſe vel fore ꝯſignificēt tria tē=
pora· ratōe ſignificati non diuerſificāt enū=
ciabile ſed variat̄ ſolū a pte temporis ſignifi=
cati· vnde ſi dica3 ſemel ſortes currit hodie
et cras dicā currit· cum hoc verbū det intel=
ligere aliud tempus· et ita aliā actionē enū
ciabile non eſt idē· q̄tūcūq3 mutata ſignifi
catōe· et quia retēta eadē ſignificatōe· enū
ciabile ſemp eſt veꝝ et non eſt idem· niſi cū
eadē ſignificatio retinet̄· ideo dixerūt q̄ il
lud quod ſemel eſt verū ſemp eſt verum· et
ideo cum deus nihil obliuiſcat̄· dicūt q̄ om
ne enunciabile qđ deus ſciuit ſcit· et r̄ndēt

illi ratōi · omne enunciabile quod ſciuit ſcit
ſed ſciuit te naſciturū vel te eſſe · ergo ꝛc̄ · non
debet ſic inferri · ergo ſcit te eſſe · ſed ſic · g°
ſcit te fuiſſe · ¶ Aliter eſt ibi figura dictōis
quia ꝓcedit ab ꝑoemptitate ī modo ſignifi
cādi ad ꝑoemtitatē rei · et hoc modo ſoluit
magr̄ · et iſta fuit opinio nomīalū qui dicti
ſunt noīales · quia fundabāt poſitōeȝ ſuā ſu
per nominis vnitatē · Sed iſta fuit poſitio
contra phm̄ qui dicit in p̄dicamentis ꝙ ea-
dem oratio primo eſt vera poſtea falſa · Fuit
etiā contra ꝯmunē opinionē · fuit etiā cōtra
veritatē · et ratio huius ē · quia nec bonū fū-
damentū hn̄t · nec bonā adaptatōeȝ · primo
em̄ ſi querat̄ · vtꝝ albus alba album ſint tria
nomīa · Rn̄dendū eſt · aut loqris gramatice
aut logice · ſi gramatice cū gramatic⁹ ꝯſide
ret impoſitōeȝ nomīs et modū pncipalē ſig
nificandi ſubſtātiā cum qualitate · ſic dicet
vnū nomen eſſe · Si logice · cū logicus ꝯſide-
ret nomē in q̄tum eſt vox expſſiua · Vn̄ dif
finit nomē verbū et orationē ꝑ vocē tam q̄
ꝑ genus · et multiplicato ſupiori ncc̄e ē mul
tiplicari inferius ſi ſunt multe voces ſignifi
catiue · ſunt de nc̄citate multa nomīa · et id
patet ꝙ male accipiebāt nomīs vnitatē ſm̄
ꝙ congruit ad ꝓpoſitū ¶ Mala etiā fuit ada
ptatio · quia enūciabile non ſignificat rē · ſȝ
modū ſe habendi · et tn̄ ꝑ verbū pn̄tis p̄teri
ti et futuri ſignat̄ res alio modo ſe habere ·
patet de nc̄citate ꝙ aliud enūciabile eſt · te
eſſe naſciturū · et te eſſe natū ¶ Rurſus defi-
ciebāt ī vltimo · qꝛ ſicut homo non ſignificat
iſtū hominē vel illū · ſic verbū pn̄tis tempis
non ſigcat illud vel illud pn̄s · ſed pn̄s in co
muni ſiue copulat vel ſignificat · et inde eſt
ꝙ ſicut homo non habet aliā ſignificatōeȝ nͨ
eſt aliud nomen nec equiuocū · ſi modo ſup-
ponat ꝑ petro · modo ꝑ conrado · ſic nͨ vbū
pn̄tis tempis ſiue ꝓnunciet̄ hodie ſiue craſ
non habet aliā ſigcatōeȝ · et ideo nō facit ali
ud enunciabile ¶ Et p̄terea patet ꝙ quocūȝ
tempe ꝓferat̄ te eſſe naſciturū · ꝙ idē ē enū-
ciabile quod pri⁹ fuit verū modo falſuȝ · ſm̄
ergo ꝙ ſcire cognotat veritatē circa enūcia-
bile ſcitur illud quod ſciuit et modo nō ſcit
nulla facta mutatōe in dei ſcientia ſed ſoluȝ
in cognotato ¶ Concedendū ꝙ in ſcd̄a acce
ptione non omne quod ſcit ſemꝑ ſcit ¶ Ad il
lud quod obicitur ꝙ veritas eſt vna ī pn̄ti
p̄terito et futuro · dd̄ ꝙ q̄uis ſit reducibi-
lis ad vnā rei veritatē ſicut accn̄s ad ſubie-
ctum · et modus eſſendi ad entitatē · tn̄ cuȝ
modus eſſendi habeat ſuā veritatē · et tres
ſunt modi eſſendi · ideo tres ſunt veritates
¶ Ad illud quod obicit̄ de inoebilitate et ī
mutabilitate et indeꝑendētia · dd̄ ꝙ iam ſo
lutū ē · qꝛ nulla fit trāſmutatio in dei ꝯgni-
tōe nͨ ꝯſinit ſcire enūciabile ꝓpter mutatōeȝ
in ſe ſed in cognotato ·

In iſta ꝑte ſunt dubitatōnes circa
lrām · Et primo de hoc quod dicit
magr̄ · Opinati tn̄ ſunt quidā deum ideo ele
giſſe iacob quia talē eſſe p̄ſciuit ꝛc̄ · Videt̄ ꝙ
iſta poſitio non ſit opinio · ſed hereſis mani-
feſta · qꝛ qui hoc ponit · ponit gratiaȝ homi
non gratis ſed ex meritis dari a deo · et iſte
eſt error peſſimus · ſcȝ error pelagij ¶ R⁹° dd̄
ꝙ ratio poteſt dicere cauſam meritoriā · vel
ratōeȝ ꝯgruitatis · ſi dicat cauſaȝ meritoriaȝ
ſi q̄uis prima fronte non dicat errorē · tn̄
ad ip̄am ſequit̄ error · ſi vero dicat ratōeȝ cō-
gruitatis · ſic non dicit errorē · ſed tn̄ temeri
tatē quādā habet · qꝛ occulto dei ꝓfundo ni
tit̄ reddere ratōeȝ · et idō vtroqȝ modo erat
digna retractione ¶ Item q̄ritur de illo vbo
Apli quod dicit Aug̃ · reliquie ꝑ electioneȝ
gratie ſalue fient · in qua habitudīe ꝯſtrua
tur ille genitiu⁹ · qꝛ gratia nec videt̄ eligēs
nec electa · et iteꝝ gratia eſt ſolū ex tempore
ergo et electio ¶ R⁹° dd̄ · ꝙ ſi itelligat̄ d̄ ele
ctione tempali · tunc electio gratie dicit̄ · qꝛ
fit ꝑ gratiā · ſi autē de eterna ſic dicit̄ electō
non vt gratia dicat habitū · ſed vt ꝯſtruatur
ſicut genitiu⁹ ex vi declaratōis eſſencie · vn̄
dicit̄ electio gratie · id eſt gratuita que me-
rita non ꝯſiderat ¶ Et ſi obicit̄ ꝙ vnus geni
tiuus non ꝯſtruit̄ ex illa vi · dd̄ ꝙ verū ē niſi
habeat veritatē duoꝝ · vnde bn̄ dicit̄ vir ſan
guinis et homo auctoritatis · ſimilit̄ electio
gratie dicit̄ · id eſt gratuite bonitatis ¶ Itē
q̄rit̄ de hoc quod dicit · ꝙ p̄cedit aliquid in
pctōribus quo digni efficiant̄ iuſtificatōne
Videt̄ em̄ falſuȝ dicere · qꝛ peccator an̄ iuſti
ficatōeȝ manet in peccato · et q̄diu ē in pctō
eſt indign⁹ pane quo veſcit̄ · ſic dicit aucto
ritas · et etiā ip̄a vita vtputa dei inimic⁹ g°
ꝛc̄ ¶ R⁹° dd̄ ꝙ ad verbum illud Aug̃ · retra-
ctatu eſt et retractatū intelligit̄ in p̄fata re
tractione · que ponit̄ p̄cedēte capitlō aut di
gnitas ibi tm̄ valet q̄tū congruitas ſoluȝ · et
multe pn̄t eſſe ꝯgruitates ī peccatorib⁹ ad
gratiā gratū facientē ꝑ multiplicē gratiā g̃
tis datā ¶ Item querit̄ de hoc qd̄ dicit mḡr
ꝙ deus autē p̄ſcire futura deſinit cum futu
ra eſſe deſinūt · Videt̄ em̄ falſuȝ dicere · quia
p̄ſcientia dicit quid eternū · ſed nullū eter-
nū deſinit eſſe · ergo nec p̄ſciens deſinit p̄ſci
re ¶ Item Rich · dicit ꝙ quatuor ſunt ꝯbina-
tiones · quia qd̄dam eſt quod habȝ pncipiū
et finem · qd̄dam quod caret principio et fi-
ne · qd̄dam quod habȝ principiū et non finē
vt anima · quartū qd̄ habȝ finē et n̄ pncipiū
eſt impoſſibile · Quod em̄ caret principio non
habet eſſe aliūde · quod autē tale eſt ſeip̄o ē
ergo eſt omnio imutabile · g° non poteſt de
ſinere · ſi ergo p̄ſcire caret principio · ncc̄e eſt
ꝙ careat fine ¶ R⁹° dd̄ ꝙ abſqȝ dubio magr̄
bn̄ dicit ꝙ de⁹ deſinit aliqua p̄ſcire cū fiat
pn̄tia · ſi em̄ p̄ſciebant̄ qꝛ futura · et iam deſi
nūt eſſe futura · conſtans eſt ꝙ deſinūt pre
ſciri · nō ratōe eius quod eſt ſcire · ſed ratōe
p̄poſitionis ¶ Ad illud ergo quod obicitur
de eterno · dd̄ ꝙ aliquod nomen pure et nuȝ

importat· Aliqđ vero nomē importat etnū
ↄgnotādo tpale· hº nomē deꝰ pure etnū im
portat·ſꝫ hº vocabulū pſcire dicit eternū co
gnotando tempale ¶ Scđm hoc notandꝰ ꝙ
quedā ↄgnotant tempale vt ens in actu·et
quia tale tempale eē poteſt·et deſinere pōt
ideo tales actus circa deū dicunt̄ habere in
iciū et terminū·vtputa ſi dicat̄ deꝰ ↄſeruat
hanc rem·ↄſeruare dicit eſſenciā ↄgnotādo
actu effectū·iđ incipit et deſinit ↄſeruare·
Quedā cognotant tempale vt non ens actu
ens tm̄ ī potētia ſiue futuꝝ·et qm̄ tēpale nō
poteſt incipe eſſe non ens·ſiue eē futuꝝ añ
ꝙ ſit·ſed poteſt deſinere non ens·cum ici
pit eſſe ens·deſinere eſſe futuꝝ cum incipit
eſſe pñs·hinc eſt ꝙ pſcia dei reſpectu creati
dicit̄ deſinere ſed nūꝗ̄ incipe·et deſinit ra
tione tempalis non deſinētis ſed incipiētis
Et ex hoc patet illud Rich·qꝛ cum deꝰ deſi
nit pſcire·nō ſignificat̄ ꝙ aliqđ ens đſinat
ſed ſolū ꝙ aliquid incipiat·et ſic patꝫ illud

Vnc de omipotētia dei agendū ē·
Supra egit magr̄ de ſciētia diuina
hic agit de potētia·et qꝛ potētiā
tripliciť ↄtingit ↄſiderare·ſcꝫ qͣtū
ad quidditatē poſſibiliū·et quantū ad qͣti
tatē·et quantū ad modū opandi·ideo hec
pars tres ↄtinet ptes ſiue tres diſtinctōes
In prima determiat magr̄ de potentia in cō
patione ad poſſibilia que poteſt·In ſcđa đ
termiat de potētia qͣtuꝫ ad quantitatē·oñs
eiꝰ imēſitatē·infra·diſ·xliij·Quidā tm̄ đ ſuo
ſenſu gloriantes·In tercia determiat đ ipa
quantū ad modū·infra diſ·xliiij·Nunc illđ
reſtat diſcutiendū vtꝝ meliꝰ ꝛc·Prima ps
que ↄtinet pñtem diſtinctōeꝫ habꝫ quatuor
ptes·In prima magr̄ oñdit ꝙ dei potentia
eſt omnipotētia·qꝛ eſt reſpectu oīm poſſibi
liū que poſſibile eſt eſſe·In ſcđa remouꝫ illa
poſſibilia que poſſe non ē potētie ibi caº ij·
Si querit̄ quō omia poſſe dicat̄·In tercia po
nit ſigna que atteſtant̄ diuine potentie·ibi
Sic diligent ↄſiderantibꝰ omnipotentiam
eius ꝛc·In quarta magr̄ alias ratōes omipo
tentie docet ad pdictā reducere·ibi·Ex qui
buſdā auctoritatibꝰ tradit̄ iđ ꝛc·et in prio
ponit auctoritates·deinde docꝫ eas expo-
nere·et hº ibi·ſed ad hº pōt dici ꝙ Aug·ꝛc

D intelligentiā huius diſtinctōis
quatuor qrunt̄·Primo vtꝝ đs poſ
ſit aliquid aliud a ſe·Secundo da
to ꝙ poſſit·qrit̄·vtꝝ poſſit ī eē qđ
alij agenti eſt poſſibile·Tercio·vtꝝ diuina
potētia ſe extēdat ad omne illud quod alij
agenti eſt impoſſibile·Quarto vtꝝ poſſibile
dicat̄ aliquid ſimpliciter ſꝫm cauſas ſupio-
res ſiue potentiaꝫ diuinā·vel ſꝫm inferiores
vel ſꝫm potentiā creatā ¶ Qđ autē nō poſſit
deus aliud a ſe oñdit̄ ſic·omis potētia que
agit in aliud a ſubſtantia ī qua eſt vel cuiꝰ
eſt egredit̄ ab illa ſubſtātia·potētia em̄ nō
opat̄ niſi vbi eſt·ſi gº diuina ſubſtātia ope

rat̄·opat̄ p ſuā potentiā in aliquid aliud a
ſe·potentia eius incipit eſſe vel fieri in alio·
ergo egredit̄ a ſubſtantia·ſed omnis poten
tia que egredit̄ a ſubſtantia·elongat̄ a ſubā
et omnis potētia diſtans a ſubā repugnat
ſimplicitati·cū gº hoc ſit impoſſibile in deo
videt̄ ꝙ deꝰ ñ agat ī aliud a ſe·Itē oīs potē
tia cuius opus eſt in aliud·habꝫ dependen
tiā ab illo·pbatio·opus em̄ qđ trāſit in ma
teriā ſubiectā aliquo mō pendꝫ ex illa·ſꝫ po-
tentia pendet ex eodē ex quo pendꝫ actus
qꝛ pficit̄ p actū·gº ſi potentia diuina eſt ī
aliud habet dependētiā ¶ Item omnis po-
tētia que ē in aliquid quod nō ſemp ē ↄiun
ctū ſuo actui habet indigentiā·non em̄ ē p
fecta niſi qñ agit·et non agit niſi cum obie-
ctum eſt pñs·ergo qñ non eſt ſenp pñs eſt
incōpleta·hoc autē repugnat potentie diui
ne·gº ꝛc ¶ Item in deo idē eſt poſſe et eē·ſꝫ
deus non eſt aliud a ſe·gº nō poteſt ī aliud
a ſe·Si tu dicas ꝙ potentia cognotat·ſed ñ
eſſencia·Contra deus poteſt aliquid facere
qđ nec eſt nec fuit nec erit·gº nichil cogno
tat·Si tu dicas ꝙ cognotat qđ eſt in potē-
tia·ſed potentia dei non ē aliud ꝗ̄ deus et
qđ eſt in deo·ergo et nihil aliud cognotat·
Sed cōtra bonū eſt diffuſiuū ſui·ſed diffu-
ſio ſcđm ꝙ huiōi eſt in aliud·gº bonū ſꝫm ꝙ
bonū poteſt in aliud·aut ergo ſꝫm potenciā
ſuā·aut alienā·ſi ſcđm alienā·ergo nō eſt p
fecte bonū cū non habeat actū bonū p ſe·ſi
ꝑpter potentiā ſuā·ergo bonū·ſꝫm ꝙ bonuꝫ
poteſt in aliud·ſed deꝰ eſt ſumme bonus·
gº ꝛc·Item omnis pfectio creature eſt ī hº
ꝙ poſſit aliud a ſe pducere·ſi ergo omne qđ
pfectionis eſt deo eſt attribuendū·potētia
pducēdi aliud deo eſt attribuenda·Item
ſi nihil aliud a ſe poteſt·ergo nulli alij a ſe
peſt·ergo nec aliquid deo ſubeſt·ergo a nul
lo eſt colendus·a nullo eſt adorandꝰ·et ni
hil ab ipo omnio eſt q̄rendū·qđ eſt ſummuꝫ
incōueniēs ſcđm omnes·Itē ſi nihil poteſt
aliud·ergo nihil eſt ad ipm neqꝫ ꝑpter ipꝫ
ſed bonitas eſt in rebus·et ordo p relatōeꝫ
ipoꝝ ad ſummū bonū a quo eſt omne bonuꝫ
ergo ſcđm hoc nulla res eſt bona neqꝫ ordi
nata in vniuerſo·hoc autē eſt ſummū incon-
ueniēs·ergo necē ē ponere qđ poſſit ī aliud
a ſe·prima oña eſt manifeſta·Ad illud em̄
ſolū ſtat vltima reſolutio in redeūdo in quo
eſt prima origo in exeundo vt maifeſtū eſt
¶ Bꝫº ad hoc intelligendū·notanduꝫ eſt ꝙ
poſſe aliud ſiue in aliud a ſe hoc eſt dupliciter·
ter·aut in aliud ſic in diſtinctū ſcđm eſſen-
ciā·et remotū ſꝫm diſtantiā·qꝛ impoſſibile ē
duo ↄtraria eē in eođ ſubiecto·et hoc modo
poſſe in aliud eſt p egreſſuꝫ potentie a ſubā
et iđ eſt ibi elongatio et diſtantia·et qꝛ elō-
gat̄ a ſua ſubā·ideo pendꝫ a ſubā ī quā agit
et ideo eſt ibi dependētia·et qꝛ diſtātia et
dependentia·ideo impfectio et indigentia
hoc modo poſſe in aliud deo non competit

ꝓpter tres ↄdcōes ꝑdictas ſicut oñſum eſt·
qꝛ repugnat diuīe potētie que ſunt· diſtan
tia· dependētia· et indigentia· Alio modo
poſſe in aliud dr̄ ſicut indiuiſuꝫ ſm̄ formaꝫ
et eſſenciā· nō tn̄ in remotū ſm̄ aliquā diſtā
tiā· qꝛ diuina eſſencia dum opať intime eſt
in illo· et hoc mō nͨ ponit diſtantiā nec de-
pendentiā nec indigentiā · cum eñ diuina
eſſencia ſit omni pfectōe pfecta· et potētia
eius ſit oīmoda· in diuiſione indiuiſa a nul-
lo alio dependet· nullo alio indiget· hoc gͦ
modo ponendū ꝙ deus poteſt in aliud a ſe·
ſiue aliud a ſe· Ex hijs patet primo obiectū
qd̓ eñ obicit· potentia q̄ eſt ī aliud· egrediť
ab agente in paſſum· dd̓ ꝙ hoc veruꝫ eſt vbi
agens in aliud non eſt in illo ſm̄ veritateꝫ·
vbi aūt eſt· omnio nulla ncc̄itas eſt egredi-
endi ¶ Ad illud quod obiciť ꝙ potētia que
eſt in aliud· pendet ex illo· dd̓ ꝙ hͦ veꝝ eſt
de illo cuius actio eſt in aliud tanq̄ ī ſuſtē
tans· diuina autē potētia nō indigꝫ alio ſu
ſtētāte· qd̓ pꝫ· qꝛ n̄ idigꝫ materia ſubiecta· ſꝫ
facit ex nichilo· et ratio huius eſt· quia cum
potentia eſt omnio indn̄s· et ab eſſencia et
actu· ſicut eſſencia non indigꝫ ſuſtētante· ſic
nec potentia ¶ Ad illud qd̓ obiciť ꝙ potē-
tia que eſt in aliud· habet pfectōis idigen
tiā· dd̓ ꝙ potentia agens in aliud ē duplex
q̄daꝫ q̄ eſt ſuus actꝰ· et talis nihil plus habꝫ
q̄n agit in aliud q̄ q̄n non agit· et hoc nullo
mō indiget· et talis eſt potentia diuīa· ꝓpť
ſummā ſimplicitatē · Alia ē potentia agenſ
in aliud pactū a ſe dn̄tem· talis plus habꝫ
q̄n agit q̄ q̄n non agit· et talis eſt q̄ habꝫ in
digentiā aliquo mō· vt ī potentia creata· n̄
ſic eſt de potētia diuina· et idō q̄uis ſit in
aliud quod non ſemp eſt pn̄s· ꝓpter hoc tn̄
nec indigens eſt nͨ incōpleta ¶ Ad vltimuꝫ
dd̓ ꝙ potentia ↄnotat poſſibile· et poſſibi
le ampliať ad ens et ad non ens· et ſic poſſi
bile ampliať· ita et diuerſitas cognotati· et
idō non tm̄ diciť poſſe in aliud· qꝛ poteſt in
aliud qd̓ ē· ſꝫ qꝛ poteſt ī aliud qd̓ poteſt eē·
deus autē a ſe n̄ poteſt eē aliud· iō pꝫ illud

Secūdo q̄riť· vtꝝ deus poſſit ī oīe
aliud in quod poteſt omne agens
creatū· Et ꝙ ſic videť· qui eñ oīe
dicit· nihil excipit· ſed non tm̄ di-
cimꝰ et credimꝰ deū potentē· ſed deū oīpo-
tentē· et gͦ ꝛc̄ ¶ Item qꝛ deꝰ eſt omniſciens
ideo ſcit oīa q̄cumqꝫ ſcit aliꝰ ſciēs· Si eniꝫ
aliquis ſciret aliq̄d quod nō ſciret deꝰ· deuſ
nō diceretꝰ omiſciēs· gͦ pari ratōe non dice-
reť omnipotens· niſi poſſet omne qd̓ poteſt
omnis aliꝰ ¶ Item deus non diciť oīvolens
qꝛ non vult oīa que alij volūt · gͦ pari ra-
tōe ſi non poſſet oīa que alij pn̄t· non eſſet
oīpotēs ¶ Item oīe eſſe eſt a primo eē· gͦ
omne poſſe eſt a primo poſſe· gͦ omnis potē
tia poteſt quicq̄d poteſt ꝓpter diuinā potē
tiā· ſed ꝓpter quod vnūq̄dqꝫ et illud magis·
gͦ ꝛc̄ ¶ Sed ↄtra· aliq̄ creatura poteſt oīa
recipe corꝑaliter· vt materia· aliqua poten
tia poteſt oīa recipe ſpiritualiť· vt ſpūſ ra
tionalis creatus· ſed deꝰ nihil poteſt recipe
gͦ non poteſt omne quod poteſt aliud a ſe
Si dicas ꝙ non eſt poſſibile· ſed impoſſibile
¶ Contra· nulla impotētia ē a deo ſiue a po
tentia diuina· gͦ ſm̄ hoc potētia materie ſi
ue anime non eſſet a deo· ¶ Item homo pōt
pati miſeriā ſiue ſuſtinere penā· deꝰ non po
teſt pati· gͦ ꝛc̄ ¶ Si dicas ꝙ illud eſt impoſ
ſibile Contra· nullū opus v̓tutis ē impoſ-
ſibile· ſꝫ ſuſtinere eſt opus fortitudīs q̄ ꝓpiſ-
ſime eſt v̓tus· gͦ ꝛc̄ ¶ Iteꝫ homo poteſt pec
care· deus autē nō poteſt· gͦ ꝛc̄· ꝙ ſi poteſt
peccare· poteſt eſſe malꝰ· qd̓ eſt incōueiens
¶ Si dicas ꝙ hoc poſſe non eſt poſſibile·
Contra· Aug· de ci· dei· Melioꝛ eſt natura q̄
poteſt peccare q̄ que nō poteſt peccare· gͦ
poſſe peccare ſpectat ad voluntatem et pfe
ctionē nature· gͦ non dicit impotētiā ¶ Itē
homo poteſt currere et ↄmedere· deꝰ hoc n̄
poteſt· gͦ ꝛc̄ ¶ Si dicas ꝙ hoc eſt impoſſibi
le ¶ Contra· oīe illud quod dicit potētiaꝫ
eſt a potentia q̄ vere eſt potentia· ſꝫ currere
et ↄmedere n̄ dicūt actꝰ ꝑuatios· ſꝫ poſitioſ
gͦ ſunt a poñ iq̄tū potens eſt· n̄ inq̄tū im
potens· gͦ manifeſtū ꝛc̄ ¶ Rͦ ꝙ ſicut dicit
phūs in phica prima· q̄dam ſunt q̄ dicūt po
tentiā q̄tū ad modū dicendi· dicūt tn̄ im-
potentiā a pte rei· vt poſſe mori· poſſe corrū-
pi· ꝓpter hoc intelligendū · ꝙ q̄dam ſunt q̄
poſſe eſt poſſibile ſimpliciť et pfecte vt poſ
ſe intelligere diligere et opari· Quedā ſunt
q̄ poſſe eſt poſſibile· tn̄ impfecte· vt currere
et ambulare· iſti eñ actus dicūt ſimul actōꝫ
et paſſionē ſiue defectū in agente· Quedā q̄
poſſe ſimpliciť eſt impoſſibile vt ꝑuatōes
vt poſſe peccare deficere· loq̄ndo de hijs ra
tione ꝑuatōis· ſm̄ hoc intelligendū ꝙ cuꝫ
poñ dei ē pfectiſſima· illa pōt deus p ſe et
ī ſe q̄ ſunt poñe ſimpliciť· vt itelligere et op
ari· illa vero q̄ ſunt impfecte potentie · pōt
quidē non in ſe ſed p ſe· p ſe poteſt ex hoc ꝙ
eſt ibi pfectōnis et poſſibile· in ſe nō poteſt
ꝓpter illud qd̓ eſt ibi impoſſibile et impfe-
ctionis q̄ in eo non cadūt· illa autē que ſunt
ſimpliciť impoſſibile· nec poteſt in ſe nͨ po
teſt p ſe· p ſe non poteſt· qꝛ nihil eſt a deo
quod non ſit a deo p ſe et imediate· hͦ autē
quod ē defectus non poteſt eſſe in deo nͨ a
deo· qꝛ deus non deficit in eſſendo nͨ ī agē-
do· Si ergo q̄rať· vtꝝ deus poſſit oīe quod
poteſt aliud agens· Rn̄dendū ē non ſimplici
ter ſed cum deťminatōe ſcꝫ quod poteſt om
ne quod eſt poſſibile· et in ſe poteſt oīe qd̓
eſt poſſibile ſimpliciť· in alio poteſt quod ē
poſſibile impfecte· nec in ſe nec in alio· qd̓ ē
oīmode impoſſibile· et hoc ipō diciť oīpo
tens· qꝛ potentia eius ad omnia ſufficit· et
in nullo deficit ¶ Ad illud ergo qd̓ obiciť ·
ꝙ non poteſt recipe res · nec reꝝ ſimiliudi-
nes· dd̓ ad hoc et ad oīa de quibuſ obicit ꝙ

illa poſſe non eſt poſſibile pfecte· ſʒm hͦ in
telligendū ꝗ eſt potentia omnio ſuffitiens
et actiua vt potētia ꝓducēdi res·et eſt po=
tentia pure paſſiua vt poꝰ ſuſcipiēdi·et eſt
potentia defectiua vt poꝰ peccādi·et ē po=
tentia ꝑtim actiua·ꝑtim paſſiua vt poꝰ am
bulandi·et potētia ꝑtim actiua et ꝑtim de
fectiua·vt potentia ſuſcipiendi penam · et
potentia partim paſſiua et partim defecti=
ua vt potentia moriendi·dď gͦ ꝗ nihil ho
rū in ſe poteſt deus·ꝗuis em̄ ſint potentie
alicuꝰ·derogāt tn̄ pfectōi potētie· nec eſt
ſimile de ſcīa·quia ſcitū non diminuit ď ra
tōne ſciētie·ſicut poſſibile de ratōe potētie
qꝛ ſcitū non cauſat a ſcīa·ſicut poſſibile a po
tētia ¶ Ad illud tn̄ qď dicit̄ de poꝰ peccā=
di·intelligendū ꝗ ſi peccare dicat effectuʒ
cum deformitate·ſiue actū· ſic non tm̄ dicit
potentiā defectiuā ſed actiuā ratōne actus
ſubſtrati·et ſic dicit nobilitatē · ſi ratōe de=
formitatis ſic dicit ſimplicit̄ defectū quo=
cūqꝫ tn̄ mō dicat̄·qꝛ ſp̄ decernit defectū·nul
lo modo ꝯuenit deo·

Tercio querit̄·vtꝝ diuina potentia
ſe extēdat ad om̄e illud qď alij agē
ti eſt impoſſibile·et ꝗ ſic · videt̄ ·
dicit̄ em̄ aliquid impoſſibile ꝓpter
nature ordīatōeʒ·vt de ceco fieri videntem
aliquid ꝓpt̄ p̄teritionē·vt te non fuiſſe exqͦ
fuiſti·Tercio ꝓpt̄ oppoſitōꝫ vt idē eē nigruʒ
et albuʒ·primū eſt impoſſibile ſʒm naturaʒ·
ſcďm ·ſʒm tempꝰ ſiue ꝑ accn̄s·terciū poteſt
dici impoſſibile ſʒm diſciplinā·qꝛ omnis ſci=
entia ſupponit illud pricipiū·ꝗ oppoſita n̄
ſunt ſimul vͣa de eodē·oñdit̄ ergo ꝗ deꝰ poſ
ſit omne tale impoſſibile Luc̄·j· Non erit im
poſſibile apud deū omne vbū·ſed om̄a ꝯtin
git hoc vbo dicere·gͦ nullū tale ē īpoſſibile
apud deū ¶ Item Ephe·iij· Ei autē que pōt
facere ſuꝑ quā poſſumꝰ intelligere · gͦ pōt
deus plura facere ꝗ̄ poſſit intellectꝰ finge=
re· ſʒ poteſt figere om̄e īpoſſibile qď poteſt
enūciare·gͦ et deꝰ poteſt illud facere ¶ Itē
Hilarius·pfecte poteſtatis ē id natura poſ
ſe facientis quod poteſt ſignare ſʒmo dicen
tis ¶ Item Baſiliꝰ·plus poteſt deꝰ facere
ꝗ̄ tu potes intelligere·gͦ ꝑ auctoritates ca
nonis et ſanctoꝝ·videt̄ ꝗ deꝰ poſſit omne
impoſſibile ¶ Item ratōe videt̄·qꝛ illud eſt
potentiꝰ cui nihil omnio eſt impoſſibile · ꝗ̄
cui aliquid eſt īpoſſibile·ſed deꝰ eſt poten=
tiſſimus in ſummo·gͦ nihil omnio eſt ei im=
poſſibile· ¶ Item ſi aliquid impoſſibile non
eſt deo·nō ē deo poſſibile·aut hoc ꝓpter pri
uationē·aut ꝓpter poſitionē·ſi ꝓpter priua=
tionē ¶ Contra·nulla maior priuatio ꝗ̄ oio
non entis·ſed deus de nihilo facit aliquid·
non gͦ ꝓpter priuatōeʒ·ſi ꝓpter poſitioneʒ·
gͦ videt̄ ꝗ aliquid ſit qď non ſubiaceat di=
uine potētie·ꝗ et ei non obediat·gͦ poten
tia dei habet reſiſtēs ¶ Itē oñdit̄ ſpecialit̄
ꝗ poſſit impoſſibile ſʒm naturā· vt de trūco

facere vitulū· qꝛ plus diſtat non ens ab en
te·ꝗ̄ vnum ens ab alio·ſed deus de non en
te facit ens·ergo de vno ente poteſt facere
aliud ¶ Item ꝗ poſſit impoſſibile ſecundū
tempus·videtur·quia illud eſt impoſſibile
per accn̄s·et qď nullam ponit reſiſtentiam
qꝛ n̄ ē·gͦ ſi deꝰ poteſt īpoſſibile ꝑ ſe · et ꝗ
habet reſiſtentiā·cū illud ſit magis impoſſi
bile·gͦ poteſt impoſſibile ꝑ accn̄s ¶ Iteʒ ꝗ
poſſit impoſſibile ſcďm diſciplinā· videt̄·qꝛ
plus diſtat creator a creatura ꝗ̄ vnum ens
creatū ab alio· ſed deꝰ potuit facere ꝗ crea
tura vniret̄ i eadē ypoſtaſi ſimpliciſſima·gͦ
multo fortiꝰ ꝗ oppoſita ſimul ſint in eodem
vt ꝗ aliquod ſit ſimul albū et nigꝝ· et hoc
videt̄ factū eē in xp̄o· qꝛ vnus et idem erat
eternus et tempalis·poſſibilis et impoſſibi
lis·viſibilis et inuiſibilis·etc̄ de alijs ¶ Itē
deꝰ fecit virginē parere qď ē impoſſibile ſʒm
naturā·qꝛ poꝰ nature nullo mō eſt ad hoc·
et eſt ibi in potentia ſʒm diſciplinā·qꝛ ſimul
ſunt oppoſita vera de eodē·et qď eſt maius
impoſſibile ꝗ̄ impoſſibile ſʒm accn̄s·ſcꝫ corru=
ptā integrare ſiue fieri virginē·magis em̄ vi
det̄ ꝑtus incōpoſſibilis vginitati ꝗ̄ coitꝰ·gͦ
ꝛc̄ ¶ Sed ꝯtra ꝗ deus non poſſit impoſſibi=
le ſʒm naturā·videt̄ Aug·dicere in liͦ ď vͣa
innocētia·deus inqͭ ita eſt omnipotens vt
nunꝗ̄ ratōis ſue inſtituta euellet·gͦ ſi ali=
quid eſt impoſſibile ſʒm inſtitutōeʒ nature·
ſimplicit̄ i deo impoſſibile ¶ Itē ratōe videt̄
qꝛ deus non poteſt facere ꝯtra ordinē ratio=
nis recte·vtpote mētiri et ꝯſimilia·gͦ nō po
teſt facere ꝯtra inſtitutōꝫ nature ordinate
gͦ non poteſt impoſſibile ſʒm naturā ¶ Iteʒ
ꝗ nō poſſit impoſſibile ꝑ accn̄s ¶ Iero·cū ce
tera poſſit deus·non poteſt de corrupta fa
cere virginē·ſed ꝯſtat ꝗ hoc non dicit̄ ꝗ n̄
poſſit repare clauſtra·ſed qꝛ eā que corrup=
ta eſt impoſſibile ē non fuiſſe corruptā·gͦ ꝛc̄
¶ Item Aug·in ij·liͦ ꝯtra fauſtū hanc ſen=
tentiā quā dicimꝰ p̄teritā fuiſſe·deus falſaʒ
facere nō poteſt·et ratōꝫ reddat·ſi em̄ hoc
faceret hoc eēt facere vt ea que vera ſunt eo
ip̄o ꝗ vera ſunt eſſent falſa·et ita eēt ꝯtra=
rius veritati ¶ Item ꝗ non poſſit īpoſſibile
ſʒm diſciplinā ſcꝫ vt duo oppoſita ſint ſimul
in eodeʒ·videt̄·qꝛ ſicut ſe hn̄t oppoſita ad
vnionē·ita vnita ad diuiſionē· ſed deꝰ non
poteſt facere ꝗ duo et tria n̄ ſunt quiqꝫ · qꝛ
ſicut dicit Aug·quod eſt veꝝ veritate q̄ nō
incipit nec deſinit·gͦ pari ratōe non poteſt
facere ꝗ oppoſita ſint ſimul vera ¶ Iteʒ deꝰ
nō poteſt facere ꝯtra veritatem iuſticie·ij·
Thi·ij·pfidelis ꝑmanet negare ſeip̄m non
poteſt·gͦ nō poteſt facere ꝯtra ordinē ſapi
entie·ſed ꝯfundere oppoſita eſt facere ꝯtra
ordinē ſapientie·gͦ ꝛc̄ ¶ Rͦ ad p̄dictoꝝ in
telligentiā·notandū ꝗ nos iudicamꝰ aliqͩ
īpoſſibile ꝗ̄tuor cauſis·Vnoͦ ꝑ limitatōꝫ na
turalis potētie vt de trūco fieri vitulū·et v
ginē parere·mulier em̄ ſine ſemie nō poteſt

concipe naturalr̄. ¶ Item ꝑtus clauſa por
ta ꝓpter corpulentiā non poteſt exire. ſimi-
liter natura ſtati nō poteſt truncū in vitulū
cōuertere cū habeat potētiā limitatā. Scd̄o
dicit̄ impoſſibile non ꝓpter limitatōꝫ potē-
tie. ſed ꝓpter limitatōꝫ noſtre intelligentie
vt duo corpa eſſe ī eodē loco. vel ideꝫ corp⁹
in diuerſis. vel maius in minori loco. qꝛ nul
lo mō poſſum⁹ cape cū noſtra imaginatio ſꝑ
dicat oppoſitū. Vnde etiā qn̄ dicat deus ſic
facit in ſacramēto altaris. necē eſt vt ratio
ɔtra ſe eleuet̄ vt credat. Tercio dicit̄ īpoſſi
bile ꝓpter priuationē omnis exiſtentie ſꝫm
omnē ɔparationē ſcꝫ principij medij et vltimi.
vt p̄teritū non fuiſſe p̄teritū. Omis oīpotē
tia q̄ intelligit̄ aliquid facere. reſpicit ens.
vel in ratōe principij. vel termini. vel vtroqꝫ
modo. Vnde de ente poteſt facere non ens
et ecōuerſo. et de vno aliud. ſed de nō ente
facere nō ens h° nulli⁹ omnīo potētie eſt.
Vnde q̄uis deus de omni ente creato poſſit
facere q̄ non ſit. ſiue de ratōe ſiue de re. tn̄
de eo qd̄ fuit et non ē facere q̄ non fuerit.
h° omnīo deo eſt impoſſibile. qꝛ hoc facere
eſt nihil facere ſicut iā meli⁹ patebit. Quar
to mō dicit̄ impoſſibile ſꝫm illuſtrationē ve-
ritatis eterne. et ordīnē diuine ſapie. vt ver
bi gratia vt duo oppoſita inſunt eidē et ſꝫm
idē. hec ip̄a veritas eterna eo ip̄o q̄ veritaſ
eſt. indicat et illuſtret et iudicet impoſſibi
le. ſicut et hec duo et tria nō eē quīqꝫ. qn̄ g°
argumentat̄. vtꝝ deo ſit poſſibile oīe im-
poſſibile. dd̄ de impoſſibili q̄ eſt impoſſibi
le ꝓpt̄ limitationē potētie. vel ꝓpt̄ limitatōꝫ
intelligētie quod deo eſt poſſibile ꝓpter h°
q̄ eiuſ potentia non ē limitata ſed infinita.
et ideo ſupra naturā et intelli gētiaꝫ poteſt
quaꝝ vtraqꝫ ē artata. illud autē impoſſibile
qd̄ ē impoſſibile ꝓpter priuatōeꝫ omnis exi
ſtentie. et qd̄ ꝓpter illuſtratōꝫ veritatis eter-
ne non poteſt oīno. Primū quidē nō poteſt
qꝛ illud poſſe eſt nihil poſſe. Scd̄m non po-
teſt. qꝛ illud eſt poſſe inordinate ɔtra ordi
nē ſapientie poſſe. Et qm̄ deus ſic eſt omipo
tens vt nihil poſſit niſi quod deceꝫ ſuā potē-
tiā et nō deordinat ſapiam. ideo hec impoſ-
ſibilia non poteſt. Sed obiciet aliqs q̄ illd̄
eſt flm̄. ſcꝫ q̄ impoſſibile ꝑ accn̄s ſit impoſ-
ſibile ꝓpter priuationē omnis exiſtētie. nam
ꝓpoſitio de p̄terito eſt v̄a. et veritas illa nō
fundat̄ ſupra nihil nc ſup ens increatū cum
incipiat eē vera. g° ſupra ens creatū. et illd̄
ē p̄teritū. g° p̄teritū dicit aliq° modo ens
ſed omne creatū q̄tumcūqꝫ habeat paꝝ de
ente poteſt illud amittere ſi deus velit. g°
d̄s poteſt facere q̄ illud qd̄ fuit. n̄ fuerit.
et iteꝝ cū dico hoc eē p̄teritū. aut dico ali
quid aut nihil. ſi aliquid. g° rn̄ſio nulla. ſi
aūt nihil. dico q̄ poteſt dici q̄ chymera ſit
p̄terita et q̄ non p̄teritū qd̄ nihil eſt ſit pre
teritū. quod manifeſte flm̄ eſt. non ergo di
cit priuatōeꝫ omnis exn̄tie. et illud non vi-

det̄ ſubtrahere qui ſubiaceat potentie diui
ne. nā futuꝝ non dicit ens et tn̄ de⁹ poteſt
facere q̄ futuꝝ ſꝫm veritatē nunq̄ ſit futu-
rum. ſimiliter non p̄ns nihil dicit entitatis
et deus poteſt facere q̄ illud quod nunq̄
eſt preſens nunq̄ ſit preſens. nec adhuc
videtur euadi poſſe ¶ Queri etiā pōt. vtruꝫ
deus poſſit facere de p̄terito p̄ns. et ɔſtat
q̄ in altero extremo ponit̄ ens. ſi g° poteſt
facere q̄ p̄teritū ſit p̄ns. et quod eſt p̄ns nō
eſt p̄teritū. poteſt facere de p̄terito q̄ non
ſit p̄teritū. ꝓpter hec et hijs ſimilia fuit opi
nio Gilberti porretani q̄ deus poteſt ſup i
poſſibile ꝑ accn̄s. poteſt em̄ facere q̄ p̄teri-
tū nunq̄ fuerit. et illud bti Iero. exponūt
qui ſequunt̄ eū. q̄ non poteſt facere de cor-
rupta v̄ginē. id eſt non oñdit ſe poſſe cū nū
q̄ fecerit. Et ſimilit̄ illud de Aug°. q̄ deus
ſententiā de p̄terito non poteſt facere fal-
ſaꝫ. hoc intelligit̄ ſalua re. ſed certe huōi ex
poſitōes valde ſunt extranee. Si em̄ Iero⁹.
dicit q̄ non poteſt de corrupta facere virgi
nem. id eſt non oñdit̄. ſimilit̄ non poteſt d̄
trunco vitulū facere. cū nō oñdat. nō recte
g° dicit cum cetera poſſit de⁹ ꝛc̄. Et iteꝝ ſi
ſermo Aug. intelligit̄. q̄ non poteſt facere
deus illā ſententiā falſaꝫ ſuppoſito p̄terito.
ſimilit̄ nec ſentētiā de futuro ſalua futuriti
one. et ꝓpter hoc cū auctoritateſ hoc dictāt
magnoꝝ doctoꝝ. q̄ deus de eo qd̄ fuit non
poteſt facere q̄ non fuerit. et intellectus in
nullo dicat ɔtrariū. nc fides ad hoc vos mo
ueat vel ɔpellat tanq̄ ratōnabili⁹ et ſecuri⁹
¶ Dicendū eſt cum ſanctis. q̄ de⁹ de eo qd̄
fuit n̄ poteſt facere q̄ nō fuerit. et h⁹ratōꝫ
ad p̄ns aliā neſcio que p̄dicta eſt. niſi forte
dicat̄ hoc eē ꝓpter oīmodā indiuiſioneꝫ. vt
ſicut oppoſita manētia oppoſita nō poſſunt
vnire. ſic nec idē a ſe diuidere. et ideo quod
fuit ꝑ tempe quo fuit oīmode eſt vnitū. et
ſimilit̄ p̄ns in tempe in quo ē. ſiue in inſtāti
Vnde hoc eſſet deū a ſe diuidere. facere ſcꝫ
q̄ p̄teritū non fuerit p̄teritū. et hoc repug-
nat ordini diuine ſapie. ſicut facere q̄ ſit tri
angul⁹ et non ſit figura. et hoc claudit in ſe
duo cōtradictorie oppoſita. ratio tn̄ p̄dicta
ſatis eſt ɔueniēs. ſi quis recte intelligat. cū
em̄ dicit̄ p̄teritū carere exiſtentia. non dico
ꝓpter hoc q̄ cum dicit̄ aliud fuiſſe. dicatur
omnīo nihil. ſed ꝓpter hoc q̄ aliud ē veꝝ fu-
iſſe. q̄ habuit aliqn̄ eē etiā ſi de ei⁹ eē nichil
omnīo remāſerit. vnde ſi totuſ ceſar ceſſerit
in nihil. veꝝ eſt ceſarē fuiſſe. Et h° dicit An
ſel. q̄ ſi omia creata omnīo cedāt in nichil.
veꝝ eſt mundū fuiſſe ¶ Ob aliā etiā ratōneꝫ
dicit̄ carere exiſtentia. qꝛ nec eſt nec eſt or-
dinatū ad p̄ns. Vnde veritas ꝓpoſitionis d̄
p̄terito non dicit a p̄te rei nihil omnīo. nec
vere ens in actu. ſed illud quod fuit et nō ē
et h° qd̄ ē n̄ dicit qd creatū qd̄ ſit. ſꝫ qd̄ fuit
Si ergo de⁹ dicat̄ poſſe aliqd ſup hoc qd̄ n̄
fuerit. aut quieſcēdo ſiue nihil opando. aut

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

faciendo aliud · aut destruēdo · si quiescit et
nihil facit ꝓpter hᵒ nihiloīꝰ ꝑterijt · nᶜ fuiſſe
desinit · qꝛ cū non ſit nec actu nec potentia ·
nec indiget ꝯſeruātē · nec indigꝫ ꝓducente ·
ſecus eſt de futuro · qꝛ futuꝝ ē ordinatū ad
eſſe · ideo indigꝫ ꝓducēte · et ideo ſi deus nō
velit facere futuꝝ · non fit · et ita nō erit fu
tuꝝ · ſi gᵒ poteſt aliquid vt faciat hoc quod
fuit nō fuiſſe · aut hoc erit faciendo · aut de
ſtruendo · ſed facere qđ non fuiſſꝫ eſt nichil
facere · cū non fuiſſe non dicat ens · gᵒ deꝰ fa
ciendo nihil facit · q̄ꝛ eſt īpfectio et cōtradi
ctionis implicatio · ſimilit̄ nō ē aliqđ ꝺſtrue
re cū fuiſſe non dicat aliquid eē · gᵒ ſi ꝺſtru
endo hoc facit · deſtruendo nichil deſtru=
eret quod ē ſimile incōueniēs · nō gᵒ poteſt
nihil agēdo nec faciendo nec deſtruēdo · gᵒ
ꝺ ꝑterito quod non fuerit ptm̄ non poteſt
facere · Patēt gᵒ inſtātie · nā veritas ꝓpōnis
de ꝑterito non neceſſario fundat̄ ſupra ali=
quid creatū quod ſit ſed qđ fuerit · et iō ma
net omni creato intempto · Patet etiā q̄ꝛ ꝑ=
teritio n̄ dicit omnio nichil · ſꝫ dicit aliquid
qđ fuerit · et non ē · niſi forte ptm̄ dicat ſuc=
ceſſionē tempalē quā vtiqꝫ poteſt deus de=
ſtruere · ſed largius accipit̄ hoc fuiſſe · Patꝫ
etiā inſtantia in ipſo futuro · qꝛ non ē ſimile ·
Patet inſtātia q̄ꝛ ptm̄ poteſt fieri pn̄s · eſto
q̄ꝛ intelligat̄ hoc · adhuc nihiloīꝰ intelligat̄
fuiſſe · Patꝫ etiā q̄ꝛ deꝰ etiā poteſt deſtrue
re omnē ꝓpōeꝫ · et omne dictū · ſed ſalua ꝓpo
ſitione et eius ſignificatōe · non ipſaꝫ falſifi
care q̄m hoc non pōt eē niſi rem ſignatā mu
taret · alioqn faceret oratōꝫ eo ipō quo vera
eſt · eſſe falſam · et hoc eēt ꝯtra ſuā veritatē ·
rem autē mutare non poteſt · et ita nec ora=
tionē falſificare ¶ Ex hijs q̄ dicta ſunt ſatiſ
poteſt ꝓbabita rn̄ſio roborari ¶ Ad illđ gᵒ
quod obicit̄ q̄ꝛ poteſt omne dicibile et cogi
tabile · dđ q̄ꝛ hoc ītelligit̄ de hijs ſolum q̄ di
cunt̄ et cogitant̄ ſꝫm ratōꝫ recte intelligēteꝫ
et recte ꝓnūciantē · nihil em̄ ratōale pōt di
ci vel cogitari quod deꝰ facere non poſſit · et
etiā plus poteſt · ¶ Ad illud quod obicit̄ q̄ꝛ
potentiuſ eſt illud cui omīa ſunt poſſibilia ·
dđ q̄ꝛ veꝝ eſt de hijs que poſſe eſt poſſibile
nobis · nā ſi poſſet aliquid quod non ſit de
nobilitate potētie · q̄ꝛtomagis illud poſſꝫ tā
tomagis aduerſitas et ꝑuerſitas poſſent in
illū ſcđm Anſel · et ita tāto minꝰ eſſꝫ potēs
¶ Ad illud qđ obicit̄ · aut ꝓpter priuatōꝫ ꝛc̄
dđ q̄ꝛ ꝓpter priuatōꝫ omīs exn̄tie in vtroqꝫ
extremo · et ꝓpter priuatōꝫ diſtinctōnis · et
ꝓpter poſitionē ex ꝑte dei · qꝛ poṫ dei reſpi=
ciat aliquid vt obiectū · effectū · et ſapia reſpi
ciat ordinatū ¶ Ad illud quod obicit̄ q̄ꝛ poſ=
ſit īpoſſibile ſꝫm naturā · dđ q̄ꝛ illud verū eſt
¶ Ad illud qđ obicit̄ q̄ꝛ poſſit impoſſibile ꝑ
accn̄s · qꝛ nullā dicit reſiſtentiā · dđ q̄ꝛ hᵒ nō
eſt ꝓpter reſiſtentiā ſed ꝓpter oīmodā non
exiſtentiā · ob quā poſſe illud eſt nihil poſſe
¶ Ad illud qđ obicit̄ de creatore et creatu

ra · dđ q̄ꝛ oīs creatura eſt materialis et poſſi
bilis reſpectu dei · et deus ē in omni creatu
ra ꝑ intimitatē ſubſtātie · non ſic oppoſitum
reſpectu oppoſiti · quod gᵒ obicit̄ q̄ꝛ magiſ di
ſtāt · vīm ē q̄tū ad naturaꝝ ꝯriētiā · qꝛ ī nullo
ꝯmunicāt · ſed non ē veꝝ ſꝫm ſimultatis exn̄=
tiā ¶ Ad illud qđ obicit̄ ꝺ hᵒ qđ ē v̇gīnē pa
rere · dđ q̄ꝛ eſt impoſſibile ſꝫm naturā · ſꝫ nō
impoſſibile ſꝫm oppoſitionē · qꝛ eſſe virginē
et parere non ſunt oppoſita · ſimilit̄ nec eſſe
virgīnē et ꝯcipe ſi iudicant̄ oppoſita ꝓpt̄ na
ture impotētiā · ſed iſta ſunt oppoſita ꝯiſſe
et eſſe virgīnē · et ideo patꝫ illud ¶ Ad illđ
quod obicit̄ q̄ꝛ non poteſt impoſſibile ſcđm
naturā ꝓpter ordīnē · dđ q̄ꝛ eſt ordo nature
ſpecialis et generalis · ordo nature ſpēalis
trāſmutari poteſt et deſtrui · qꝛ poteſt ī al
terā ꝯriētiā res relabi · ſed generalis nō · ſic
dđ q̄ꝛ ſpecialis ordo attēdit̄ ſꝫm potentiā na
ture ſpēalis · generalis ordo ſꝫm potentiam
obedientie que ē generalis · contra hunc or
dīnē non facit ſed ꝯtra aliū ¶ Ad illud qđ
obicit̄ q̄ꝛ non poteſt ꝯtra dictamē ratōis re
ctē · dđ q̄ꝛ vīm eſt ꝓut recta ratio dicit malū
non eſſe faciendū · qꝛ hoc facere eſt deficere
non ſic autē deficit faciēdo ꝯtra naturā · et
ratio huius patebit infra ·

Quarto et vltio q̄rit̄ · vtrū poſſibile
ſimplicit̄ dicat̄ ſꝫm cauſas ſupioreſ
hoc eſt ſꝫm potentiā diuinam · an
ſꝫm potentiā creatā · et q̄ꝛ ſꝫm potē
tiā creatā · ſiue ſcđm cauſas īferiores · videt̄
ab eodē em̄ eſt in rebus poſſibilitas a qᵒ eſt
ncc̄itas et ꝯtingentia ſimplicit̄ · ſed ncc̄itas
et ꝯtingentia attēdit̄ in rebꝰ non tm̄ ſcđm
cauſas ſupiores · immo ſꝫm inferiores cauſas
primas et ꝑticulares · ergo et poſſibilitas ·
¶ Item ſic aliquid dicit̄ potens a poteſtate
actiua · ita dicit̄ poſſibile a poſſibilitate paſ
ſiua · ſed poſſibilitas paſſiua primo eſt in eo
in quo primo eſt poṫ ad fieri et ꝑ illud in
alijs · gᵒ cū hoc ſit pricipiū materiale et cau
ſa creata · poſſibile ſimplicit̄ dicit̄ ſꝫm cauſas
inferiores ¶ Iteꝫ ſi poſſibile ſimplicit̄ dice
ret̄ ſꝫm cauſas ſupiores tm̄ · tūc cū apđ deuꝫ
non ſit impoſſibile om̄e v̇bum · nihil iudican
dū eſſet impoſſibile ¶ Item ſi ſꝫm cauſas ſu=
piores tunc cū deꝰ poſſet facere q̄ꝛ cecus re
cipiat viſum · poſſibile eſt cecū videre · ſed ſi
poſſibile eſſet videre · poſſet videre · et ſi poſ
ſet · haberet potentiā viſiuā · ſed hᵒ flm̄ · gᵒ
ꝛc̄ ¶ Contra · poſſibile dicit̄ denoīatiue a po
tentia · gᵒ poſſibile ſimplicit̄ a poṫ ſimplicit̄
ſed potētia q̄ ſumme et ſimplicit̄ ē potencia
eſt poṫ diuina q̄ dicit̄ ſꝫm cauſas ſupiores ·
gᵒ poſſibile ſimplicit̄ dicit̄ ſꝫm cauſas ſuperi
ores ¶ Iteꝫ mundū creari et animā ān̄criſti
creari vel eſſe et ꝯſimilia ſimpliciter dicūt̄
poſſibilia · et ſunt poſſibilia ſolū ſcđm cauſaſ
ſupiores · gᵒ ꝛc̄ ¶ Item hoc oñdit̄ · qꝛ ſi aliqđ
ſequit̄ aliquid · ſi ans eſt poſſibile et ꝯn̄s ·
